


Herzog August Bibliothek
Wolfenbüttel



Siphariū dicit qd ante cantantem p̄t̄o suspenditur an
 te muniū comedū t̄ngedū citharedū et quicūq; et citharedū da
 malippus aut iste omne patrimonū p̄dige consumpsit in cantū ut
 thicatio scita dicit et ibi declamaret quatinus inde aleret. .
 Phasma et phantasma idē est sed phantasma aliquando uera ē phas
 ma semp̄ iūbi ageret inquit phasma ceculi i. ut qd ille cithara
 caneret. t̄m̄oē exprimeret. Triscurtū dicit multiplex
 scurritas & cōponit ab eo qd ē. t̄r̄i & scurritas ab ē. Triscurtia
 d̄r̄i uocatur. frequenter f̄c̄t̄ ex eo qd est scurra i. astutus. ergo
 astutias d̄c̄t̄. V. Mamercus nobilissimus fuit. ut mamercorum
 dicit similia. alapas autē d̄c̄t̄ quasi in gladiatura d̄c̄t̄ ex equi
 ur̄t̄. ut ergo homines nobilissimos locasse se ut mimos agerent et
 terū comedias. & tragedias. etiā honestū habet atq; .
 Precio inquit nobiles emunt ut gladiatura administrant ut
 ibi aliquando in se ciunt ergo p̄funere sui cadaveris accipiunt
 gladiaturam ut perierit. N̄ro aliquando nobiles adminis
 trare gladiature officium iubet ut sic latē eos in ficeret sed
 d̄c̄t̄ n̄ro iam non cogit et tam fuit gladiatur̄. V. Finge inmen
 te tua inquit quā melius sit aut mori gladio aut ludere in se
 na utiq; melius est mori. Zelotipia p̄p̄t̄ est ira qua
 ē. contra iocorē t̄ p̄uocorē contra alium. Corinthi p̄p̄t̄
 prima calui ipsos enī stupidos uocant. N̄ro citharedū
 optonus fuit ut & frequenter cū citharedū in agone certant cū
 nefactū nobiles d̄nari uiderent hec talia fecerunt. .
 Myrmillo quidā gladiator fuit gladiatores quidā armis instrue
 ti ludebant n̄ro d̄c̄t̄ ex orfor fuit om̄is uirtutis in cantū ut gladi
 daturā ex exerciti armis p̄hiberet ob hoc utiq; qd uirtutis p̄p̄t̄
 agit armis quia p̄ gladio in ludis uidentē ferre uisit. .
 Dicit n̄ronē etiā gladiatura exercuisse spectantē postq̄ p̄p̄t̄
 omen iubeat recia sup̄ scitū n̄p̄ piscū erat p̄p̄t̄. .
 ferunt historio qd n̄ro inducus tunica pueri hoc est talari trad
 dit se uro in demodo dicit q̄damus. tunice i. illis quod de n̄ronē
 referunt tunica induco. . & Halenit gen̄ ē. p̄llis iocundū d̄c̄t̄
 a similitudine. galee p̄uocit inquit galeam acapit quē gestabat
 et inducit d̄c̄t̄ pueri tunica. Melius inquit esset ut uulnus gra
 uissimū alibi p̄ferret quā ad ignominia tantam pueniret ut gla
 diatura exhiberet. . Suffragia dicuntur auxilia et h̄c̄ d̄c̄t̄
 suffragia t̄. N̄ro autē magistrū suū senecam uter fecit d̄c̄t̄.
 q̄ d̄c̄t̄ur populo libera electio ut libere auxilietur partib; .
 senecę quis dubitabit senecam p̄ferre n̄roni nullus. .

Sipharia ^{representat et ceteras imaginatione} clamorū ageret ut phasma
 aureolum ^{ludū ut monum.} uelox etiam bene lentulus
 iudice ^{ame} medignus uera cruce. nec tam
 gnoscas ^{f. quia ista non habet fieri.} populo ^{f. e.} populi ^{f. e.} frons durior ^{f. e.}
 quisedet ^{mimologos} expectat ^{resticulatores} triscurtia ^{nobilis} patrio ^{nobilium}
 lampedes ^{nobilium} iudicē ^{quanto p̄t̄o t̄ uoluerit} fabos. ^{quāto p̄t̄o t̄ uoluerit} ridere potet ^{quāto p̄t̄o t̄ uoluerit} qu
 amercorum ^{qd̄ p̄t̄o d̄c̄t̄} alapas. ^{f. sua funera p̄ gladiatura.} quam sua funera
 quid refert. ^{pp̄t̄o q̄ ludos m̄strabat sua funera} uendum nullo cogente n̄ro
 sed dubitant ^{pp̄t̄o q̄ ludos m̄strabat sua funera} celei p̄toris uendere ^{pp̄t̄o q̄ ludos m̄strabat sua funera} ludu
 finge tamen ^{si melius illi} gladios inde atq; hinc ^{si melius illi} iulpe
 quid sitis. ^{si melius illi} mortem sic quam quis ^{si melius illi} ex tota
 zelotipus ^{si melius illi} thimelē ^{si melius illi} stupidi ^{si melius illi} collega ^{si melius illi} corinth
 res haud ^{si melius illi} myra tamen ^{si melius illi} citharedo ^{si melius illi} principe
 nobilis ^{si melius illi} haec ultra ^{si melius illi} quid erit ^{si melius illi} nihil uis. ^{si melius illi}
 edecus ^{si melius illi} urbis ^{si melius illi} habet. nec mir ^{si melius illi} millionis ^{si melius illi} inar
 nec clipeo ^{si melius illi} graccum. aut pugnante ^{si melius illi} falce
 dampnat ^{si melius illi} enim tales ^{si melius illi} habitus ^{si melius illi} & dampnat ^{si melius illi}
 et galea ^{si melius illi} frontem ^{si melius illi} abscondit ^{si melius illi} mouet ^{si melius illi} ecce
 postquam ^{si melius illi} uibrata ^{si melius illi} pendentia ^{si melius illi} recia ^{si melius illi} d̄c̄t̄
 nequi ^{si melius illi} quam ^{si melius illi} effudit. nudum ^{si melius illi} ad spectacul
 figit. ^{si melius illi} et tota ^{si melius illi} fugit ^{si melius illi} agnoscentis ^{si melius illi} barena
 redamus ^{si melius illi} tunice ^{si melius illi} defaucib; ^{si melius illi} aurea ^{si melius illi} cum se
 orrigat. ^{si melius illi} et longo ^{si melius illi} iacetur ^{si melius illi} spira ^{si melius illi} galero
 ergo ^{si melius illi} ignominiam ^{si melius illi} grauiorem ^{si melius illi} p̄t̄o ^{si melius illi} om
 ulnere. ^{si melius illi} cum ^{si melius illi} gracco ^{si melius illi} uissus ^{si melius illi} pugnare ^{si melius illi} se
 libet ^{si melius illi} aidentur ^{si melius illi} populo ^{si melius illi} suffragia. ^{si melius illi} quis
 erditus. ^{si melius illi} ut ^{si melius illi} dubitet ^{si melius illi} senecam ^{si melius illi} p̄ferre ^{si melius illi} n̄
 uis ^{si melius illi} supplicio ^{si melius illi} non ^{si melius illi} debuit ^{si melius illi} unap̄t̄
 summa ^{si melius illi} nec ^{si melius illi} serpens ^{si melius illi} unis. nec ^{si melius illi} culleus ^{si melius illi} unis

X Sec.


in agere ut
ctiam bene lant
et cruce: nec ta
puli frons durior
triscuria patric
f. naere potit
quarta sua fine
nullo cogente
tonis uendere
inde atq; hinc
quam quis ex
di collega cop
cubredo p
dona nifilid
mir millioni
pugnante
abitus & damp
de mouet
nna reua d
dum adspat
fendit h
eb; aurea
ur spira gal
orem p
fuf pugna
uffragia
eam pferre
a anap
e culleus un

Herzog August Bibliothek
Wolfenbüttel




Gray Scale







Herzog August Bibliothek
Wolfenbüttel



Gray Scale





Herzog August Bibliothek
Wolfenbüttel



ndant
Colloque

han
lic



P
hanc
partem
scilicet
sermo
usque ad
Quae
heresi
gypti
meu
atque
longe
rum
sine
narr
Quo
Nequ
post

PROLOGUS QUATTUOR

Plures fuisse qui euangelia **EUANGELI**
 scripserunt. & lucas euangelista testatur
 dicens. Quo quidem multi conati sunt ordinare
 narrationem rerum. quae in nobis completae s̄.
 sicut tradiderunt nobis qui ab initio ipsi uider̄
 sermonem & ministrauerunt ei. et p̄ seuerantia
 usq. ad praesens tempus monumenta declaras̄.
 quae aduersis auctoribus edita. diuersarum
 heresium fuere principia: ut est illud iuxta ae
 gyptios. & thomam. & mathiam. & bastholo
 meum. Duodecim quoq. apostolorū. & basilidis
 atq. appell. & reliquorum. quos enumerare
 longissimum est. Cum hoc tantum in presenti
 arum necesse sit dicere. extitisse quosdam qui
 sine spū & gratia dī conati sunt magis ordinare
 narrationem. quā hystoriae texere ueritate.
 Quibus iure potest illud p̄pheticum coaptari.
 Ne qui prophetant de corde suo. qui ambulat
 post sp̄m suum. qui dicunt dicit dñs. & dñs non



84. 3. M. f.

1637
 15. 7. 15
[Handwritten signature]

misit eos. De quibus & saluator in euangelio iohannis
loquitur. Omnes qui ante me uenerunt. fures fuerunt &
latrones. Qui uenerunt non qui missi sunt. Ipse enim
ait. uenebant. & ego non mittebam eos. In uenienti
bus praesumptio temeritatis. In missis. obsequium
seruitutis fit. A ecclesia autem quae supra petram.
domini uoce fundata est. quam introduxit rex in cubicu
lum suum. & ad quam per foramen descensionis occulte
misit manus sua. similis dammatae hirculoque ceruo
rum. Quae quatuor flumina paradisi instar eructat.
quatuor angulos & anulos habet. per quos quasi archa
testamenti & custos legis domini lignis mobilibus uehantur.
Primus omnium mattheus est publicanus cognomen
to leui. qui euangelium in iudaea hebreo sermone
edidit. Ob eorum uel maxime causam qui in ihesu
crediderant ex iudeis. & nequaquam legis umbra
succedente. euangelii ueritatem seruabant.
Secundus marcus inter presbiteros apostoli petri. et
alexandrinae ecclesiae primus episcopus. qui dominum qui deum
saluatorem ipsum non uidit. sed ea quae magisterum

2.

audierat praedicantem. iuxta fidem magis gestorū nar-
tauit quam ordinem. Tertius lucas medicus natione
syrius anthiocensis cuius laus in euangelio. qui & ipse
discipulus apostoli pauli in achaiae bithiniae q. partib.
uolumen condidit. quaedam altius repetens. & ut ipse
in prohemio confitetur. audita magis quā uisa descri-
bens. Ultimus iohannes apostolus & euangelista. quē
ih̄s amauit plurimū. q̄ sup̄pectus dñi recumbens. puris-
sima doctrinarum fluente potauit. & q̄ solus de cruce
meruit audire. ecce mater tua. Is cum esset in asia
etiam tunc hereticorum semina pulularent. ceren-
thi. hebionis. & ceterorum q̄ negant xpm̄ in carne
uenisse. quos et ipse in epistola sua antichristos uo-
cat. & apostolus paulus frequenter percutit. coac-
tus est ab omnibus pene tunc asiae ep̄is. & multa
rū eccl̄iarum legationibus. de diuinitate saluatoris
altius scribere. & ad ipsum ut ita dicam di uerbū.
f̄tam audaci quam felici temeritate pr̄sumpere.
ut ecclesiastica narrat historia. cū a fr̄ibus coge-
ret̄ ut scriberet. ita se facturū respondisse. si in

dicto ieiunio in commune omnes dñm precarentur.
Quo expleto. reuelatione saturatus in illud probem
um caelo ueniens uicta uit. In principio erat uerbū.
& uerbum erat apud dñm. et dñs erat uerbū. hoc erat
in principio apud dñm. Haec igitur quattuor euange
lia. multo ante praedicta. ezechielis quoq. uolumen
probat. in q̄ prima uisio ita contextur. Et in medio
sicut similitudo quattuor animaliu. & uultus eorum
facies hominis. & facies leonis. & facies utuli. & faci
es aquilae. Prima hominis facies mattheū significat.
q̄ quasi de homine exorsus est scribere. Liber genera
tionis ih̄u xp̄i filii dauid. filii abraham. Secunda mar
cum in quo uox leonis inherem rugientis audittur.
Vox clamantis in deserto. parate uia dñi rectas facite
sem̄tas eius. Tertia utuli. quae euangelistam lucam a
zacharia sacerdote sumpsisse initium praefigurat.
Quarta iohannem euangelistam. q̄ assumptis pennis
aq̄ lae. & ad altiora festinans de uerbo dñi disputat.
Cetera quae secunt̄ in eundem sensum proficiunt; Cru
ra eorū recta & pennati pedes. & q̄cumq. sp̄sibat ibant.

& p̄teuerant. & dorsa eorum plena oculis. & scintillae
 ac lampades in medio discurrentes. Et rota in rotam. &
 in singulis quattuor facies. Unde & apocalypsis iohan
 nis post expositionem uiginti quattuor seniorum q̄
 tenentes cytharas & fialas adorant agnū dī. Introduce
 fulgora & tonitrua & septem sp̄s discurrentes. & mare
 uttreum. & quattuor animalia plena oculis dicens.

Animal primū simile leoni. Et secundū simile uttulo.
 Et tertium simile homī. Et quartū simile aq̄lae
 uolanti. Et post paululum plena inquit erant
 oculis. & requiem non habebant die ac nocte dicentia.
 Sēs. sēs. sēs. dñs d̄s omp̄s. q̄ erat. & q̄ est. & q̄ uenturus ē.
 Quibus cunctis p̄spicue ostendit̄. quattuor tantū de
 bere euangelia suscipi. et omnes apocriphorū enias.
 mortuis magis hereticis. quam ecclesiasticis uiuis ca
 nendas.

INCIPIT EPISTOLA HIERONIMI PRÆBIT
BEATO PATRI DAMASO. HIE

Nouum opus me facere [RONIMUS

cogis ex uetere. ut post exemplaria scripturarum
toto orbe dispersa quasi quædam arbiter sedeam. & quia
inter se uariant. quæ sint illa quæ cum græca consen-
tiant ueritate decernam. Pius labor. sed periculosa
praesumptio iudicare de caeteris. ipsum ab omnibus
iudicandum. senis mutare linguam & canescentem
mundum ad iuuentutem retrahere paruulorum. Quis
enim doctus pariter uel indoctus. cum in manus uolumen
assumpsit. & a salua quam semel inbibit. uiderit
discrepare quod lectitat. si statim erumpat in uicem.
me falsarium. me clamans esse sacrilegum. quia uideam
aliquid in ueteribus libris addere. mutare
corrige. Aduersus quam inuidiam duplex causa
me consolatur. quod & tu quæ summus sacerdos effici
iubes. & uerum non eest quod uariat. etiã maledico-
rum testimonio comprobatur. Si enim latinis exem-
plaribus fides est adhibenda respondeant quibus

4.

tot sunt exemplaria pene quot codices. Sin autem
ueritas est quaerenda de pluribus. Cur non ad grecā
originem reuertentes. ea quae uel a uiciosis interpresu
bus male edita. uel a praesumptorib. in pertusa men
data puer sius. uel a librariis dormitantib. aut addi
ta sint aut mutata corrigimus. Neq. uero ego de uete
re disputo testamento. quod a septuaginta seniorib.
in grecam linguam uersum. tertio gradu ad nos usq.
puent; Non quero quid a quibusdam qd symmachus sap
ant. Quare theodotion inter nouos & ueteres medi
us incedat. Sit illa uera interpretatio. quam apti
pbauer. De nouo nunc loquor testamento qd gre
cum ee non dubium est. excepto apto matheo. qd prim
in iudea euangeliū xp̄i hebraicis litteris edidit. Hoc
corte cū in nro sermone discordat. & diuersos riuulo
rū tramites ducit. In de fonte querendum est.
Praetermittito eos codices quos alucian. & esyrio nun
cipatos. paucorum hominū asserit puer sa conten
tio. quibus utiq. nec in uetere instrumto. post lxx
int̄prete semdare qd licuit. nec in nouo pfuit em.

dasse. Cū multarum gentium linguis scriptura ante
translata. doceat falsa eē quae addita sunt; Igit̄ hae p̄
faciuncula pollicet̄. quattuor tantum euangelia. quo
rū ordo iste est. Mattheus. marcus. lucas. iohannes.
codicū grecorum emendata collatione sed ueterum.
quae nemultum a lectionis Latinae consuetudine
discreparent. Ita calamo imperauimus. ut his tantū
quae sensum uidebant̄ mutare correctis. reliqua manere
pateremur ut fuerat. Canones quoq. quos eusebius ca
sariensis ep̄s alexandrinū secutus ammoniū. in decem
numeros ordinauit. sicut in greco habent̄ expressim̄.
Quod si quis de curiosis uoluerit nosse quae in euange
liis uel eadem uel uicina uel sola sint. eorū distinctio
ne cognoscat. Magnū siquidem hic in nr̄is codicibus er
ror inoleuit. Dum quod in eadem re. aliū euange
listā plus dixit. in alio quia minus putauerint addide
runt. uel dum eundem sensum aliū alit̄ expressit.
ille q̄ unum e quattuor primū legerat. ad eius exem
plum caeteros quoq. aestimauerit emendandos.
Unde accidit. ut apud nos mixta sint om̄ia. & in

marco plura lucas atq. matthei. Rursum in mattheo. 10.
hannis. & marci. & in ceteris reliquorum quae in aliis propria
sunt inueniantur. Cum itaq. canones legeris q̄ subiecti sunt.
confusionis errore sublato. Et similia om̄iū scies & singu
lissua quaeque refutues.

In canone primo. concordant quattuor. Matheus.
marcus. lucas. iohannes. In secundo. tres. matheus. mar
cus. lucas. In tertio. tres. matheus. lucas. iohannes.
In quarto. tres. matheus. marcus. iohannes.
In quinto. duo. matheus. lucas. In sexto. ii. math. m̄rc̄
In septimo. duo. matheus. ioh. In octauo. ii. luc. marc.
In nono. duo. lucas. iohannes.

In decimo propria. unusquisq. quae n̄ habent in aliis
edider. Singulis uero euangelis. ab uno incipiens.
usq. ad finem librorum dispar numerus increfuit.
Hic nigro colore praescriptus. sub se habet aliu ex m̄no
numerū discolorem. q̄ ad decē usq. pcedens. indicat.
prior numerus in q̄sto canone requirend. Cū igit̄
ap̄to codice uerbi gratia illud siue illud capitulum
scire uolueris. cuius canonis sit. statim ex subiecto nu

mero doceberis. & recurrens ad principia in quibus canonum
est distincta congeries. Eodemq. statim canone ex titulo
frontis inuento. illum quem quaerebas numerū eiusdē
euangelistae. q̄ & ipse ex inscriptione signat̄ inuenies.
Atq. euicino ceterorum tramitibus inspectis. quos nume-
ros e regione habeant annotabis. Et cum scieris se-
curtas aduolumina singulorum. & sinemora reptis
numeris quos ante signaueras. reperies. & loca in quibus
uel eadem uel uicina dixerunt.
Opto ut in xpo ualeas. & memineris mei beatissime
papa.

Sciendum & iam nequem **HIERONIMUS**.
 Signatum ex similitudine numerorum **QAMASO. PP**
 error in uoluat. Quod sicut in subnotatione canonū
 distinctorū in canone quolibet tres euangelistae. bis. uel
 ter. uel quater. aut & iam amplius eundem numerum
 per ordinem habuerunt annotatum. & quartus contra
 rio discrepat quod id quod tres illi in eo loco semel dixe
 rint. quartus totiens in corpore uoluminis sui ponat.
 quoties diuersi numeri in eius canone positi sunt. con
 tra praedictorū numerorū continuata similitudines.
 Item si in uno quolibet eorum. aut etiam duobus sibi
 dem in canone numerus. bis. ter. aut eo amplius re
 periat in ordine collocatus & dispar si inueniatur
 in ceteris. dubium non erit quin id quod illius illorū ue
 canones numeris. bis. ter. repetitum. ab his in uolumi
 ne semel dictum sit. Alteri uero eorum totiens in
 uno atq. eodem sensu loquantur. quotiens preterierint
 in numerorū annotatione distantiam. Hoc & in om
 nium viii canonum collatione seruabitur. Ceterū
 in decimo quō propria singulorū tantūmodo continentur.

Non potest contra id comparatio eē quod solum est.

Opto ut in xp̄o ualeas. & memineris mei papa beatissime.

CANON^m IN QVO MARC
SOLVS

MARÉ

MARÉ

xxviii
xxxvi
xlvi
lviii
lxxii
lxxx

Lxxxiiii
Lxxxvi
Lxxxviii
xc
xcii
xciiii
ci

ciii
cxxxiii
cxxxvii
cLxxxvii
ccxiii
ccxxxviii



FINIT CANON^m IN

QVO MARC SOLVS.



114.





INCI
M

catada

xp̄m

ne-ale

xp̄m

pu

one

tron

gen

ffe

nu

Q

F

L

m

q

INCIPIT ARGUMENTUM SCÖM

Mattheus ex iudaea sicut in ordine primus **ΜΑΤΘ**
 pontē. ita euangelium in iudaea primus scripsit. Cuius uo-
 catio ad dñm ex publicanis actibus fuit. Duorū in generatione
 xp̄i principia praesumens. unius cuius prima circumcisio in car-
 ne. Alterius cuius secundum cor electio fuit. & ex utrisq. in patribus
 xp̄i. Sicq. quater denario numero triformiter posito. princi-
 pium a credendi fide. in electionis tempus porrigens. & ex electi-
 one usq. in transmigrationis diem dirigens. atq. a transmigra-
 tionis die usq. in xp̄m definiens. decursam aduentus dñi ostendit
 generationem. ut & numero satisfaciens & tempori. et se quod
 esset ostenderet. & dñi se opus monstrans. etiam in his quorum ge-
 nus posuit. xp̄i operantis a principio testimonium non negaret.
 Quarum omnium rerum tempus ordo numerus dispositio uel
 ratio. quod fidei necessarium est dñs xp̄s est. q̄ factus est ex mulie-
 re. factus sub lege natus ex uirgine. passus in carne. om̄ia in cru-
 ce fixit. ut triumphans eam in semet ipso resurgens in corpore.
 & patris nomen in patribus filio. et filii nomen patri refatu esset
 in filiis. sine principio sine fine ostendens unū secum patre eē.
 quia unus est. In quo euangelio utile est desiderantib. dñm. sic pri

ma uel media uel pfecta cognoscere. ut & uocationem apostoli.
et opus euangeli. & dilectionem dñi in carne nascentis p̄ uniuersa
legentes intellegant. atq. id in eo in quo apprehensisunt & ap
prehendere expectant recognoscant. Nobis enim hoc in studio ar
gumenti fuit. & fidem factae retradere. et operantis dñi intel
legendam diligenter esse dispositionem querentib. non tacere.

EXPLICIT ARGUMENTŪ

INCIPIT BREVIARIUM EIUSDĒ

- I. **N**atiuitas xpi. magicū muneribus ueniunt. & ioseph ab angelo p̄ uisū
admonitus cum puero & matre eius in aeḡptum fugit. In fante sin
- II **R**egressio iñu ex aeḡpto in nazareth. de baptisate Ierficiuntur.
iohannis in iordane. de xpi baptisate.
- III **I**ñc post ieiuniū quadraginta dierum. & xl noctiū temptat̄ a diabolo.
petrum & andream & iacobū & iohannem piscatores conuocat. & circu
ens galileam uarios languores hominum curat.
- IIII **B**eattitudo & cetera mandata id est de homicidio. de oblatione. de adul
terio. de oculo. uel manu eruenta. uxorem nisi ob adulteriū non dimitt
endam. de iuramentis. de oculo & dente. inimicos diligendos. de elem̄s̄n̄.
- V **O**ratio ieiunium. de thesauro in caelum. lucerna corporis eē oculus.
& si posse duob. da minis seruire. nec cogitandum de esca. & uestimento. uo

laxilibus & liliis agri & sollicitudine diei.

VI Non est iudicandum de festuca & trabe in oculo. de margaritis ante porcos. petendum quærendum & pulsandum. de pseudopphetis. quia si omnis qui dicit mihi dñe dñe intrabit in regnum celorum. De domo aedificata super petram & arenam.

VII Descendens de monte leprosum mundat. puerum centurionis paralyticum curat. Socrum petri a febribus liberat. De plurimis curis. & scribae uolentis sequi dñe non habere filium hominis ubi caput reclinat. atque ut alius relicto patris corpore sequatur præcepit.

VIII In nauem dormientem excitat discipuli. ut tempestatem sedaret. & in terrageras senorum daemonia eicit.

VIII Vbi paralyticus. lectum feret. mattheum conuocat. & pharisaeis murmurantibus de cuius publicanorum dicit si esse opus sanis medicum. discipulis iohannis interrogantibus. quare si ieiunaret discipulus eius. parabolam panis & scissuræ & utrum & uini ponit. filiam principis mostuam dum uadit suscitare mulierem a profluuio liberat. caecos oculi aperit. surdum & mutum demonium eicit. & in principio demoniorum id facere dicit.

V Duodecim apostolos premitte cū omni doctrina. ac dicit quod si uenit pacem mittere in terra. sed gladium.

VI Iohannes de carcere ad iñm. & iñc de iohanne ad turbas loquitur. atque increpat ciuitates que penitentiam si egerunt. confessio iñu ad patrem.

& iugum xpi leue esse.

VII **D**iscipuli spicas uellunt. manum aridam sanat. hominem ad demonio
cecum & mutum curat. & in principe demoniorum id facere opinantes
destruit. pharisaeis signū petentib. ionae & in neutarum signum
tradit. matrem et fratres spernit.

VIII **S**edens in nauicula ihc turbis parabolas exponit. id est seminat in semine.
centesimū sexagesimū & tricesimū. de zizania in tritico. de grano synap.
de fermento abscondito in farina & exsoluit discipulis parabolam ziza
niorū. parabolas de thesauro in agro. de bona margarita. de rete
misso in mare. propheta in patria sua sine honore esse.

VIII **D**e iohannis capite in disco. de quinque panib. & duob. piscibus in quinque
milia uiros. ihc supra mare ambulat. & petrum mergentem alleuat.
& in terra gennesar multos languores curat.

X **D**e manib. lauandis & de his quaedeore exeunt qd co in qnato si que in tra h
in hominem. filiā mulieris syrophenisse ad demonio curat. & secus
mare galileae duos cecos & mutos sanat.

XI **D**e septem panibus & paucis piscibus quattuor milia hominū. de signo
ionae prophetae. de fermento phariseorum. de episcopatu petri que
in croce ac dicit. crucem suam debere tollere unum quemq. q
uelit xpm dnm seq. & dicit si uis uos quosdam mortem donec uideat.

17.
filium hominis in regno suo uenire.

XII I In monte cum moyses & helia apparet. & uox de caelo ad eum. Unde descendit ab helia iam uenisse & non esse susceptum manifestat, puerum lunaticum saluat. et de fide ut granum sinapis docet.

De statere in ore piscis.

XIII O de humilitate sicut puerum. & de manu & de pede & oculo eruendo. & nec minimū scandalizandum quā angelos faciem patris in caelis semper uidere testatur. correptio fratrum quā indulgeri debet. Alter utrum. usque septuagies septies.

XIII Qui seruum suum propter denarios centum suffocat. uxorem si debet re dimitti. & de eunuchis in facies si eē arcendos ab benedictione. diuitem difficile introire in regnū celorū. & centuplum recepturū quō omnibus suis renunciauerit.

XV O de primis nouissimos fieri. parabolam operariorum in uinea cōductorum. de filiis zebedae & de primis accubitis cenae. De duobus caecis secus uiam sedentibus.

XVI O de asina & pullo eius. & ubi numularios eicit de templo. Clamantibus pueris osanna. deficiuque arida facta est. Interrogatur in qua potestate haec faceret. Ipse interrogat de iohannis baptis mate. & subiungens parabolam hominis qui filios suos in uinea mit-

tit. & quod publicani & meretrices in regno dī. multos sacerdotum
et scribarum sint praecessuri dicit.

XXII. Parabolam de uinitorib. qui interficiunt ad semissos. parabolam
ubi uinitati contemnunt uenire ad nuptias.

XXIII. Omniscriptione & imagine cesaris. de muliere quae septem fratres
habuit. temptatus a phariseis interrogatus de xpō cuius filius eēt.
& ad discipulos ut quae pharisei dicunt fiant sed quae faciunt nō fiant.

XXIII. Increpat scribas & phariseos & de profecto de iuramento decamelo
& culice & calice & cetero lauando. & monumentis dealbatis.
& monumentis prophetarum & aliis multis.


XXV. Hierusalem hierusalem. de structura templi. & signis
nouissimorum dierum. & diebus breuiatis. de pseudo
christis. de pseudo prophetis. de aduentu saluatoris. & occasu elemto
rum. de decem uirginibus. de talentis. de ouib. a dextris & hēdis
& sinistris. & de operibus eorum.

XXVI. Omnis iudeorum consilio. de comprehendendo inū. de muliere unguen
to pfudit inū. iudas praemium petit ut tradat inū. cenans de
iuda traditore suo ad discipulos loquitur. oblatio eius.

XXVII. Petrus dicit quod tertio pullo abnegaturus eum eēt. orationes inū
ad patrem. iudas inū osulo tradidit. & petrus auriculā absidit.

dotum
abolam
m fratres
filii eēt.
p̄ fiaf.
o decaneto
albatf.

asu elemo
hēdū
ere unguen
cans de
onof ihu
alā abfidt.





Abraham genuit isaac. isaac autem genuit iacob;
 Iacob autem genuit iudam et fratres eius; Iudas au-
 tem genuit phares & zarahethamar; Phares autem
 genuit esrom. esrom autem genuit aram; Aram au-
 tem genuit aminadab. aminadab autem genuit naasson;
 Naasson autem genuit salmon. salmon autem genuit
 booz derachab; Booz autem genuit obed ex ruth;
 Obed autem genuit iesse; Iesse autem genuit dauid regem;
 Dauid autem rex genuit salomonem rex ea quae fut-
 uriae; Salomon autem genuit roboam. roboam autem
 genuit abia. Abia autem genuit asa. asa autem genuit
 iosaphat; Iosaphat autem genuit ioram. ioram autem
 genuit oziam. Ozias autem genuit ioatham. ioatham autem
 genuit achaz; Achaz autem genuit ezechiam. ezechias autem
 genuit manassen; Manasses autem genuit amon. amon
 autem genuit iosiam; Iosias autem genuit iechoniam & fra-
 tres eius. in transmigratione babilonis; Et post
 transmigrationem babilonis. iechonias genuit sala-
 thiel; Salathiel autem genuit zorobabel. zorobabel
 autem genuit abiud; Abiud autem genuit eliachim. elia

chim autem genitorem azor; Azor autem genitorem sadoc. sadoc autem genitorem achim; Achim autem genitorem eliud. eliud autem genitorem eleazar; Eleazar autem genitorem matthan. matthan autem genitorem iacob; Iacob autem genuit ioseph uirum mariae; De qua natus est ih̄s. qui uocatur xp̄s.

M. ii. Sol.

Omnes ergo generationes ab abraham usque ad dauid. generationes quattuordecim; Et a dauid usque ad transmigrationem babilonis. generationes quattuordecim; Et a transmigratione babilonis usque ad xp̄m. generationes quattuordecim.

ERAT

M. iii. L. ii.

I XPI AUTEM ORIGINIS GENERATIO. SIC

Cum esset desponsata mater eius maria ioseph. antequam conuenirent. inuenta est in utero habens despusco.

M. iii. Sol.

Ioseph autem uir eius cum esset iustus. et nollet eam traducere. uoluit occulte dimittere eam. Haec autem eo cogitante. ecce angelus dñi. in somnis apparuit ei dicens. Ioseph fili dauid. noliti mere accipere mariam coniugem tuam. Quod enim in ea natum est. despusco est. Pariet autem fili

um. et uocabis nomen eius ih̄m. Ipse enim saluum
 faciet populum suum. a peccatis eorum.
 Hoc autem totum factum est. ut adimpleretur
 quod dictum est ad d̄no. per prophetam dicentem.
 Ecce uirgo in utero habebit et pariet filium. et
 uocabunt nomen eius emmanuel. quod est in
 terpretatum. nobiscum d̄s. Exurgens autem
 ioseph a somno. fecit sicut ei praecepit angelus d̄ni.
 Et accepit conjugem suam. et non cognoscebat
 eam. donec peperit filium suum primogenitum.
 et uocauit nomen eius ih̄m.

Cum ergo natus esset ih̄s in bethleem iudae.
 in diebus herodis regis. ecce magi a oriente uene
 runt hierosolymam. dicentes.

Ubi est qui natus est rex iudeorum. uidimus
 enim stellam eius in oriente. et uenimus ad
 orare eum. Audiens autem herodes rex
 turbatus est. et omnis hierosolyma cum illo.
 Et congregans omnes principes sacerdotum &
 scribas populi. suscitabatur ab eis.

ubi xps nasceretur.

M
Lo **XXXIII**

At illi dixerunt ei. In bethleem iudae. Sic enim scriptum est per prophetam. Et tu bethleem terra iuda. nequaquam minima es in principibus iuda. Ex te enim exiet dux. qui regat populum meum israhel.

M
SOL

Tunc herodes clam uocatis magis. diligenter didicit ab eis tempus stellae. quae apparuit eis. Et mittens illos in bethleem. dixit.

Ite et interrogate diligenter de puero. Et cum in ueneritis renuntiate mihi. ut et ego ueniens adorem eum.

Qui cum audissent regem. abierunt.

Et ecce stella quam uiderant in oriente antecedebat eos. usque dum ueniens staret supra ubi erat puer. Uidentes autem stellam. gauisunt gaudio magno ualde.

Et intrantes domum. in uenerunt puerum cum maria matre eius. Et procedentes. adorauerunt eum. Et apertis thesauris suis.

obtulerunt ei munera Aurum. tus. & myrram.

Et responso accepto in somnis ne redirent ad herodem. per aliam uiam reuersi sunt.

In regionem suam. Quicum recessissent. ecce

angelus dñi apparuit in somnis. ioseph dicens.

Surge & accipe puerum & matrem eius.

et fuge in aegyptum. & esto ibi usque

dum tibi dicam. Futurum est enim. ut herodes

quaerat puerum. ad perdendum eum.

Qui consurgens. accepit puerum & matrem eius

nocte. & secessit in aegyptum. Et erat ibi.

usq. ad obitum herodis. Ut adimpleretur quod

dictum est ad dño. per prophetam dicentem.

Ex aegypto uocaui filium meum. Tunc herodes

uidens quò illusus esset a magis. iratus est

ualde. Et mittens occidit omnes pueros qui erant

in bethleem. & in omnibus finibus eius.

Abimatur & infra secundum tempus quod ex

quisierat a magis. Tunc adimpletum est. qd

dictum est per hieremiam propheta dicentem.

Uox inrama audita est. ploratus & ululatus
multus. rachel plorans filios suos. Et noluit conso
lari. quia non sunt.

II. DEFUNCTO AUTEM HERODE.

Ecce angelus dñi. apparuit in somnis ioseph. In
aegypto dicens. Surge et accipe puerum
et matrem eius. et uade in terram israhel.

Defuncti sunt enim. qui quae rebant
animam pueri. Qui surgens. accepit puerum
& matrem eius. et uenit in terram israhel.

Audiens autem. quod archelaus regnaret
in iudaea pro herode patre suo. timuit illo ire.
Et admonitus in somnis. secessit in partes
galileae. Et ueniens habitauit in ciuitate.
quae uocatur nazareth.

Ut adimpleretur quod dictum est
per prophetas. quō nazareus uocabitur.

In diebus autem illis. uenit iohannes
baptista. praedicans in deserto iudaeae.
et dicens. Paenitentiam agite. appropin

M. viii.
L. 11.
7. xxv.

quabit enim regnum caelorum.

Hic est enim. qui dictus est per esaiam
 prophetam dicentem:

Vox clamantis in deserto. parate uiam dñi.
 rectas facite semitas eius.

Ipsa autem iohannes. habebat uestimentum
 de pilis camelorum. et zonam pelliciam circa
 lumbos suos. Esca autem eius erat locustae.
 et mel siluestre. Tunc exiebat ad eum hieroso-
 lyma. et omnis iudaea. & omnis regio circa
 iordanen. et baptizabantur in iordane ab eo.
 confitentes peccata sua.

Uidens autem multos pharisaeorum & saddu-
 caeorum. uenientes ad baptismum suum.
 dixit eis. Progenies uiperarum. quis demon-
 strauit uobis fugere a futura ira. facite ergo
 fructum dignum paenitentiae. & ne uelitis
 dicere in tra uos. patrem habemus abraham.
 Dico enim uobis. quō potens est d̄s de lapidibus
 istis. suscitare filios abraham. Tam enim

88
securis ad radicem arborum posita est. Omnis ergo
arbor quae non facit fructum bonum.
exciditur. & in ignem mittitur.

M. xxi
Lxx.
lo. xxi.

Ego quidem uos baptizo in aqua in penitentiam.
Qui autem post me uenturus est. fortior me
est. cuius non sum dignus calciamenta portare.
Ipse uos baptizabit in spiritu sancto. & igni.

M. xxii
Lxx.
lo. xxii.

Cuius uentilabrum in manu sua. et per mundabit
aream suam. & congregabit triticum suum
in horreum. Paleas autem. comburet
igni inextinguibili.

M. xxiii
Sol.

Tunc uenit Iesus a galilea in iordanem ad iohannem.
ut baptizaretur ab eo. Iohannes
autem. prohibebat eum dicens. Ego atque
debeo baptizari. & tu uenis ad me. Respon-
dens autem Iesus. dixit ei. Sine modo. sic enim
debet nos implere omnem iustitiam.
Tunc dimisit eum.

M. xxiiii
Lxx.
lo. xxiiii.

Baptizatus autem Iesus. confestim ascendit
de aqua. Et ecce aperti sunt ei caeli. et ui-

dit spm̄ dī descendentem sicut columbam. & uenien-
tem super se. Et ecce uox de caelis dicens. Hic est
filius meus dilectus. in quo mihi complacui.

III. Tunc ih̄s ductus ē in desertū

aspū. ut temptaretur a diabolo.

Et cum ieiunasset quadraginta diebus. et
quadraginta noctibus. postea esuruit.

Et accedens temptator. dixit ei. Si filius dī
es. dic ut lapides isti panes fiant.

Qui respondens. dixit. Scriptum est. non
in pane solo uiuet homo. sed in omni uerbo
quod procedit de ore dī. Tunc assumpsit eū
diabolus in scām ciuitatem. & statuit eum
supra pinnaculum templi. et dixit ei.

Si filius dī es. mitte te deorsum. Scriptum
est enim. Quia angelis suis mandabit de te.
et in manibus tollent te. ne forte offendas
ad lapidem pedem tuum. At illi ih̄s rursū.

Scriptum est. non temptabis dñm dñm tuū.
Iterum assumpsit eum diabolus in montem

excelsum ualde. & ostendit ei omnia regna mundi.
et gloriam eorum. et dixit illi. Haec omnia tibi
dabo. si cadens adoraueris me.

Tunc dicit ei ih̄s. Uade satanas. Scriptum est enī.
dñm dñm tuum adorabis. & illi soli seruiēs.

M ^{xxvii}

Tunc reliquit eum diabolus. & ecce angeli
accesserunt. et ministrabant ei.

M ^{xxviii}
M ^{xxix}
L ^{xxvi}

Cum autem audisset ih̄s. quod iohannes traditus
esset. secessit in galilaeam.

M ^{xxviii}
L ^{xxviii}

Et relicta uittate nazareth. uenit
& habitauit in capharnaum maritima.

In finibus zabulon & nephtalim. ut adimple
retur quod dictum est. per esaiam prophetam.

Terra zabulon & terra nephtalim. uia maris
trans iordanen galileae gentium.

Populus qui sedebat in tenebris. lucem uidit
magnam. Et sedentibus in regione umbrae

mortis. lux orta est eis.

M ^{xxix}
L ^{xxix}

Ex inde coepit ih̄s praedicare & dicere.

Paenitentiam agite. appropinquauit enim

regnum caelorum. Ambulans autem iuxta mare
galileae. uidit duos fratres. symonem qui uoca-
tur petrus. & andream fratrem eius.
mittentes rete in mare.

Erant enim piscatores.

Et ait illis. Venite post me. & faciam uos
fieri piscatores hominum. At illi continuo
relictis retibus. secuti sunt eum.

Et procedens inde. uidit alios duos fratres.
iacobum zebedaei. et iohannem fratrem eius
in nauis. cum zebedeo patre eorum. reficien-
tes retia sua. et uocauit eos. Illi autem statim
relictis retibus & patre. secuti sunt eum.

Et circuibat in totam galilaeam. docens
in synagogis eorum. & praedicans euangeli-
um regni. & sanans omnem languorem.
et omnem infirmitatem in populo.

Et abiit opinio eius. in totam syriam.

Et obtulerunt ei omnes male habentes uari-
is languoribus. & tormentis comprehensos.

et quidam demonia habebant. & lunaticos. & paralyticos.
& curauit eos. Et secuta est eum turba multae.
de galilea et decapoli. & hierosolymis & iudaea.
et de transiordanen.

FOIT

^{M. CCC. LIII.}
^{fol.} IIII. **V**IDENS AUTEM TURBAS ASCEN

in montem. Et cum sedisset. accesserunt
ad eum discipuli eius.

^{M. CCC. LV.}
^{fol.} **E**T aperiens os suum. docebat eos dicens.

Beati pauperes spū. quō ipsorum est
regnum caelorum.

^{M. CCC. LVII.}
^{fol.} **B**eati mites. quō ipsi possidebunt terram.

^{M. CCC. LVIII.}
^{fol.} **B**eati qui lugent. quō ipsi consolabuntur.

^{M. CCC. LX.}
^{fol.} **B**eati qui esuriunt & sitiunt iustitiam.
quoniam ipsi saturabuntur.

^{M. CCC. LXII.}
^{fol.} **B**eati misericordes. quoniam ipsi
misericordiam consequentur.

Beati mundo corde. quoniam
ipsi dñm uidebunt.

Beati pacifici. quō filii dī uocabuntur.

Beati qui persecutionem patiuntur propter

iustitiam. quoniam ipsorum est
regnum caelorum.

Beati estis cum maledixerint uobis. & persecuti
uos fuerint. & dixerint omne malum aduer-
sum uos. mentientes propter me.

Gaudete & exultate. quoniam merces uestra
copiosa est in caelis. Sic enim persecuti sunt
prophetas qui fuerunt ante uos.

Vos estis sal terrae. Quod si sal euauerit.
In quo salietur. Ad nihilum ualet ultra.
nisi ut mittatur foras. et conculcetur
ab hominibus.

Vos estis lux mundi. Non potest ciuitas
abscondi. supra montem posita.

Neque accendant lucernam & ponunt eam
sub modio. sed super candelabrum. ut luceat
omnibus qui in domo sunt. Sic luceat lux
uestra coram hominibus. ut uideant uestra
bona opera. & glorificent patrem uestrum
qui in caelis est.

¶
Sol.

Nolite putare. quō ueni soluere legem
aut prophetas. Non ueni soluere. sed implere.

¶
Sol.

Amen quippe dico uobis. donec transeat
caelum et terra. Iota unum aut unus apex
non praeteribit a lege. donec omnia fiant.

¶
Sol.

Qui ergo soluerit unum de mandatis istis
minimis. & docuerit sic homines. minimus
uocabitur in regno caelorum. Qui autem
fecerit et docuerit. hic magnus uocabitur
in regno caelorum. Dico enim uobis;
Quia nisi abundauerit iustitia uestra
plusquam scribarum & pharisaeorum.
non intrabitis in regnum caelorum.
Audistis quia dictum est antiquis.
non occides. Qui autem occiderit. reus erit
iudicio. Ego autem dico uobis. Quia omnis
qui irascitur fratri suo. reus erit iudicio.
Qui autem dixerit fratri suo racha.
reus erit concilio. Qui autem dixerit
fatue. reus erit gehennae ignis.

Si ergo offers munus tuum ad altare. & ibi recordatus fueris. quia frater tuus habet aliquid aduersum te. relinque ibi munus tuum ante altare. & uade prius reconciliare fratri tuo.

Et tunc ueniens. offeres munus tuum.

Esto consentiens aduersario tuo cito. dum es in uia cum eo. ne forte tradat te aduersarius iudici. & iudex tradat te ministro. et in carcerem mittaris. Amen dico tibi. non exies inde.

donec reddas nouissimum quadrantem.

Audistis quia dictum est antiquis.

non moechaberis. Ego autem. dico uobis.

Quo omnis qui uiderit mulierem ad concupiscendum eam. iam moechatus est eam

in corde suo. Quod si oculus tuus dexter scandalizat te. erue eum & proice abste.

Expedit enim tibi ut pereat unum membrum tuorum. quam totum corpus tuum mittatur in gehennam. Et si dextera manus tua scandalizat te. abscede eam. & proice abste.

Expedit enim tibi ut pereat unum membrorum
tuorum. quam totum corpus tuum
eat in gehennam. Dicitum est autem.
Quicumque dimiserit uxorem suam. det ei
libellum repudii. Ego autem dico uobis.
Quia omnis qui dimiserit uxorem suam
excepta fornicationis causa. facit eam
moechari. Et qui dimissam duxerit.
adulterat. Iterum audistis quia dictum
est antiquis. non per iurabis. reddes autem
domino iuramenta tua. Ego autem dico uobis.
non iurare omnino. Neque per caelum.
quia thronus dei est. Neque per terram.
quia scabellum est pedum eius.
Neque per hierosolimam. quia ciuitas
est magni regis. Neque per caput tuum
iuraueris. quia non potes unum capillum
album facere aut nigrum.
Sic autem sermo uester. est. est. non. si.
Quod autem his abundantius est.

amalo est. Audistis quia dictum est. oculus
pro oculo. & dentem pro dente. Ego autem
dico uobis. non resistere malo.

*M. ccc. xiii.
L. viii.* Sed si quis te per cusserit in dexteram
maxillam tuam. praebe illi & alteram. A

Et ei qui uult tecum iudicio contendere.
& tunicam tuam tollere. dimitte illi & pallium.


*M. ccc. xiiii.
Sol.* Et qui cum q. te angariauerit mille passus.
uade cum illo alia duo. qui petit ate da ei.

& uolenti mutuari ate. ne auertaris.

*M. ccc. xv.
L. xii.* Audistis quia dictum est. diliges proximū
tuum. et odies inimicum tuum; ego autem
dico uobis. Diligite inimicos uestros. bene
facite his qui oderunt uos. Et orate pro per
sequentibus et calumniantibus uobis.
ut sitis filii patris ur̄i. qui in caelis est.

Qui solem suum oriri facit super bonos
et malos. & pluit sup iustos & in iustos.

*M. ccc. xvi.
L. xiii.* Si enim diligitis eos qui uos diligunt. quam
mercedem habebitis. & nonne & publicani



hoc faciunt. & si salutaueritis fratres uos tantum.
quid amplius factis. & nonne & ethnici hoc faciunt.
Estote ergo uos perfecti. sicut et pater uester
caelestis perfectus est.

Al. xlii.
Sol.

Attendite ne iustitiam uestram faciatis coram
hominibus. ut uideamini ab eis. Alioquin.
mercedem non habebitis apud patrem uestrum.
qui in caelis est. Cum ergo facis elemosinam.
noli tuba canere ante te. sicut hypocritae
faciunt in synagogis & in uicijs. ut honorificentur
ab hominibus. Amen dico uobis. receperunt
mercedem suam. Te autem faciente elemosinam.
nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua. ut
sit elemosina tua in abscondito. Et pater tuus
qui uidet in abscondito. reddet tibi.

V. ET CUM ORATIS. NON ERITIS
sicut hypocritae. qui amant in synagogis & in
angulis platearum stare orare. ut uideantur
ab hominibus. Amen dico uobis. receperunt
mercedem suam. Tu autem cum orabis. intra

in cubiculum tuum. & clauso ostio tuo ora patrem
tuum in abscondito. Et pater tuus qui uidet in abscondito reddet tibi;

Orantes autem. nolite multum loqui sicut
ethnici. Putant enim. quod in multiloquio
suo exaudiantur. Nolite ergo assimilari eis.
Scit enim pater uester. quid opus sit uobis.
antequam petatis eum.

Sic ergo uos orabitis. Pater noster qui in
caelis es. sanctificetur nomen tuum.

Ueniat regnum tuum. fiat uoluntas tua
sicut in caelo et in terra. Panem nostrum
super substantialem da nobis hodie.

Et dimitte nobis debita nostra. sicut et
nos dimittimus debitoribus nostris.

Et ne inducas nos in temptationem.
Sed libera nos a malo.

Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum.
dimittet & uobis pater uester caelestis.
delicta uestra. Si autem non dimiseritis homini
bus. nec pater uester qui in caelis est.

dimittet uobis peccata uestra.

*Mat. xi.
51*

Cum autem ieiunatis. nolite fieri sicut
hypocritae tristes. Exterminant enim facies
suas. ut pareant hominibus ieiunantes.

Amendico uobis. quia receperunt mercedem
suam. Tu autem cum ieiunas. ungue caput
tuum et faciem tuam laua. ne uidearis homini
bus ieiunans. sed pater tuo qui est in abscondito.

Et pater tuus qui uidet in abscondito.

reddet tibi. Nolite thesaurizare uobis
thesauros in terra. ubi erugo & tinea demolitur.
et ubi fures effodiunt. & furantur.

*Mat. vi.
Lvi.*

Thesaurizate autem uobis thesauros in celo.
ubi neq. erugo. neq. tinea demolitur.
et ubi fures non effodiunt. nec furantur.
Ubi enim est thesaurus tuus.
ibi est & cor tuum.

*Mat. vi.
Lxviii.*

Lucerna corporis est oculus. Si fuerit
oculus tuus simplex. totum corpus tuum
lucidum erit. Si autem oculus tuus nequam

fuert. totum corpus tuum tenebrosum erit.

Si ergo lumen quod in te est tenebrae sunt.

ipse tenebrae quantae erunt.

Nemo potest duobus dominis seruire.

Aut enim unum odio habebit. & alterum diliget.

Aut unum sustinebit. et alterum contemnet.

Non potest dō seruire. & mammonae.

Ideo dico uobis. ne solliciti sitis anime ur̄ae.

quid manducetis. neq. corpori uestro. quid

induamini. Nonne anima plus est quam esca

et corpus plus quam uestimentum. respicite

uolatilia caeli. quō non serunt. neq. metunt.

neq. congregant in horrea. & pater uester

caelestis pascit illa. Nonne uos magis pluris

estis illis. quis autem ur̄m cogitans potest adice

re ad futuram suam cubitum unum.

et de uestimento quid solliciti estis.

Considerate lilia agri quomodo crescunt.

non laborant. neque nent.

Dico autem uobis. quō nec salomon in omni

gloria sua cooperatus est. sicut unum existis.
Si autem foenum agri quod hodie est & cras
in dybanum mittat. dñs sic uestit. quanto magis
uos minime fidei. nolite ergo solliciti esse
dicentes. quid manducabimus. aut quid bibe-
mus. aut quo operiemur. Haec enim omnia
gentes inquirunt. Scit enim pater uester.
quia his omnibus indigetis. Quaerite ergo
primū regnum dñi & iustitiam eius.
& omnia haec. adicientur uobis.

Nolite ergo solliciti esse in crastinum.
Crastinus enim dies. sollicitus erit sibi ipsi.
Sufficit diei malitia sua.

Nolite iudicare. ut non iudicemini.
In quo enim iudicio iudicaueritis. iudicabimini.
Et in qua mensura mensi fueritis.
metietur uobis.

Quid autem uides festucam in oculo fratris
tui. & trabem in oculo tuo non uides.
aut quomodo dicis fratri tuo. sine etiam

festucam de oculo tuo. & ecce trabis est in oculo
tuo. Hypocrita: eice primum trabem de oculo
tuo. & tunc uidebis eicere festucam
de oculo fratris tui.

¶ Lii.
S. A.

Nolite dare sc̄m canibus. Neq. mittatis marga-
ritas sur̄ ante porcos: ne forte conculcent eas
pedibus suis. & conuersi distrumpant uos.

¶ Liii.
L. v. cxxv.

Petite. et dabitur uobis. Quaerite. & in-
uenietis. Pulsate. & aperietur uobis.

Omnis enim qui petit accipit. & qui querit
inuenit. & pulsanti aperietur.

Aut quis est ex uobis homo. quem si petierit
filius suus panem. numquid lapidem
porriget ei. Aut si piscem petierit.
numquid serpentem porriget ei. Si ergo
uos cum sitis mali nostri bona dare filiis ur̄is.
quanto magis pater uester qui in caelis est.
dabit bona petentibus se.

¶ Liiii.
L. v. cxxvi.

Omnia ergo quaecumq. uultis ut faciant
uobis homines. & uos facite eis. Haec est enī.

lex & prophetae ;

¶ Lxx.
Lxxv.

Intrate per angustam portam. quia lata
porta & spatiosa uia quae ducit ad perditionem.
& multi sunt qui intrant per eam.

Quam angusta porta & ardua uia quae ducit
ad uitam. & pauci sunt qui inueniunt eam.

¶ Lxx.
Sxl.

Atendite a falsis prophetis. qui ueniunt
ad uos in uestimentis ouium. Intra in secus
autem sunt lupi rapaces. A fructibus eorum
cognoscetis eos.

¶ Lxx.
Lxxi.

Numquid colligunt de spinis uuas. aut
de tribulis ficus.

¶ Lxx.
Lxx.

Sic omnis arbor bona. fructus bonos facit.
Mala autem arbor. fructus malos facit.

Non potest arbor bona fructus malos facere.
neque arbor mala fructus bonos facere.

Omnis arbor quae non facit fructum bonum.
excidetur & in ignem mittetur.

Igitur. ex fructibus eorum.
cognoscetis eos.

Al Lxxiii.
Ev Lxxiii.
Lo cxxv.

Non omnis qui dicit mihi dñe dñe. Intraabit in
regnum caelorum. Sed qui facit uoluntatem
patris mei qui in caelis est. Ipse intraabit
in regnum caelorum.

Al Lxx.
Ev Lxx.

Multi dicent mihi in illa die. dñe dñe. Nonne
in nomine tuo prophetauimus. et in tuo nomine
demonia eiecimus. et in tuo nomine uirtutes
multas fecimus. Et tunc confitebor illis. quia
numquam noui uos. Discedite a me. qui ope
ramini iniquitatem.

Al Lxxi.
Ev Lxxi.

Omnis ergo qui audit uerba mea haec et facit
ea. Assimilabitur uiro sapienti. qui edificauit
domum suam supra petram. Et descendit plu
uia. et uenerunt flumina. et flauerunt uenti.
et irruerunt in domum illam. et non cecidit.
Fundata enim erat. supra petram. Et omnis
qui audit uerba mea haec. & non facit ea. simi
lis erit uiro stulto. qui aedificauit domum suam
super arenam. Et descendit pluuia. & uenerunt
flumina. & flauerunt uenti. et irruerunt in.

domum illam & cecidit. et fuit ruina eius magna.

Al. Lxxii.
Al. Lxxiii.
L. v. iiii.
7. xxviii.

VII ET FACTUM EST CUM CONSUMMASSET

ih̄c uerba haec. admirabantur turbae super doctrina
eius. Erat enim docens eos sicut potestatem habens.
& non sicut scribae eorum et pharisaei.

Al. Lxxiiii.
Al. Lxxv.
L. v. xxxviii.

Cum autem descendisset de monte. secuta est eum
turbae multae. Et ecce leprosus ueniens. adora-
bat eum dicens. Dñe. si uis potes me mundare.
Et extendens manum. tetigit eum ih̄s dicens.
Uolo. mundare. Et confestim. mundata est
lepra eius. Et ait illi ih̄s. Uide nemini dixeris.
sed uade ostende te sacerdoti. & offer munus qd
praecipit moyses in testimonium illis.

Al. Lxxvi.
L. v. lxxvii.
L. v. xxxviii.

Cum autem introisset capharnaum. accessit
ad eum centurio. rogans eum & dicens.
Dñe. puer meus iacet in domo paralyticus. & ma-
le torquetur. Et ait illi ih̄s. Ego ueniam. et cura-
bo eum. Et respondens centurio. ait. Dñe. n̄
sum dignus ut intres sub tectum meum. sed tantum
dic uerbo. & sanabitur puer meus. Nam et ego

homo sum sub potestate. habens sub me milites.

Et dico huic uade. & uadit; Et alio. ueni. et uenit. Et seruo meo. fac hoc. & facit.

Audiens autem ih̄s miratus est. et sequentibus dixit. Amen dico uobis. non inuenit tantā fidem in israhel.

^{Mat. Lxxv.}
^{Lxxvii.} **D**ico autem uobis. quod multi ab oriente et occidente uenient. & recumbent cum abraham & isaac et iacob. in regno caelorum.

Fili autem regni. eicientur in tenebras exteriores. ibi erit fletus et stridor dentium.

^{Mat. Lxxvii.}
^{Lxxviii.} **E**t dixit ih̄s centurioni. Uade. & sicut credidisti. fiat tibi. Et sanatus est puer. in illa hora.

^{Mat. Lxxviii.}
^{Lxxviiii.}
^{Lxxviiii.} **E**t cum uenisset ih̄s in domum petri. uidit socrum eius iacentem et febricitantem.

Et tetigit manum eius. & dimisit eā febris.

Et surrexit. et ministrabat eis. Uespere autem facto. obtulerunt ei multos daemones habentes. Et eiciebat spiritus uerbo. & omnes male habentes curauit;

Ut adimpleretur quod dictum est. ꝑ esaiam
prophetam dicentem ipse in firmitates n̄ras
accepit. & egrotationes portauit. Uidens autem
ī h̄c turbas multas circumse. iussit
ire transfretum.

¶ M̄ Lxxviii.
Lxxv.

Et accedens unus scriba ait illi. magister. sequar
te quocumque ieris. Et dicit ei īh̄s. Uulpes fo
ueas habent. & uolucres caeli nidos; filius autē
hominis non habet ubi caput reclinet. alius
autem de discipulis eius. ait illi. dñe. ꝑ mitte
me primū ire. & sepelire patrem meum.
Ih̄c autem. ait illi; sequereme & dimitte
mortuos. sepelire mortuos suos. **SCULĀ**

VIII
¶ M̄ Lxxviii.
Lxxvii.
Lxxviii.

ET ASCENDENTE EO IN NAUI
secuti sunt eum discipuli eius. Et ecce motus mag
nus factus est in mari. ita ut nauicula operire
tur fluctibus. Ipse uero dormiebat; & accesserunt
eum et suscitauerunt eum dicentes. dñe.
salua nos. perimus. & dicit eis. quid timidi
estis modicę fidei. tunc surgens imperauit

uentis & mari. et facta est tranquillitas magna.
 Porro. homines mirati sunt dicentes; qualis est
 hic. quia uenti & mare. oboediunt ei.
 Et cum uenisset transfretum in regionem ge
 rasenorum. occurrerunt ei duo habentes dae
 monia. demonum mentis exeuntes saeuinimis.
 Ita. ut nemo possit transire per uiam illam.
 Et ecce. clamauerunt dicentes. Quid nobis &
 tibi ihu fili di. ueni tihuc ante tempus torque
 re nos. erat autem non longe ab illis. grex
 porcorum multorum pascens. Daemones au
 tem. rogabant eum dicentes; sic ias nos. mitte
 nos in gregem porcorum. & ait illis. Ite;
 At illi exeuntes. abierunt in porcos. Et ecce
 impetu abiit totus grex per praecipit in mare.
 & mortui sunt in aquis. pastores autem fuge
 runt. et uenientes in ciuitatem nuntiauerunt
 omnia & de his qui daemonia habuerant;
 Et ecce tota ciuitas exiit obuiam ihu. & uiso
 eo. rogabant ut transiret a finibus eorum.



VIII ET ASCENDEnte EO IN NAUICULX

li lxxx
li lxxx
Lxxxviii
Lxxxviii

transfretauit & uenit in ciuitatem suam.
Et ecce offerebant ei paralyticum iacentem
in lecto. Et uidens ih̄c fidem illorum. dixit
paralytico. Confide fili. remittuntur tibi
peccata tua & ecce q̄dam describis. dixerunt
intra se. hic blasphematur. Et cū uidisset ih̄s
cogitationes eorum. dixit. Ut quid cogitatis
mala in cordibus uestris. quid est facilius dice
re. dimittere tibi peccata. aut dicere sur
ge & ambula. ut sciat autem. quō filius
hominis habet potestatem in terra dimitte
ndi peccata. Tunc ait paralytico. surge
tolle lectum tuū. & uade in domū tuam.
Et surrexit. et abiit in domum suam.
Uidentes autem turbae. timuerunt.
Et glorificauerunt dñm. qui dedit potes
tatem talem. hominibus.

li lxxx
li lxxx
Lxxxviii
Lxxxviii

Et cum transiret inde ih̄c. uidit hominem se
dentem in teloneo mattheum nomine.

& ait illi. sequereme. Et surgens. secutus est eum.

Et factum est discumbente eo in domo. ecce mul-
 ti publicani & peccatores uenientes. discumbe-
 bant cum ihu. & discipulis eius. Et uidentes
 pharisaei. dicebant discipulis eius. quare cu
 publicanis & peccatoribus manducat magister ur.

ET ASCENDENS IN NAUICULA

ualentibus medicus. sed male habentibus.

Euntes autem. discite quid est. misericordiam
 uolo. & non sacrificium. Non enim ueni uoca-
 re iustos. sed peccatores. Tunc accesserunt
 ad eum discipuli iohannis. dicentes. quare
 nos & pharisaei ieiunamus frequenter. disci-
 puli autem tui non ieiunant. & ait illis ihu.
 Numquid possunt filii sponsi lugere. quam hu-
 cum illis est sponsus. uenient autem dies cu
 auferetur ab eis sponsus. & tunc ieiunabunt.
 Nemo autem immitat commissuram pan-
 nis rudis in uestimentum uetus. Tollit enim
 plenitudinem eius a uestimento. & peior

fissura fit. Neq. mittunt uinum nouum. in utres
ueteres. Alioquin. rumpuntur utres & uinum
effunditur. et utres pereunt. sed uinū nouum
in utres nouos mittunt. & ambo conseruant.

*At Lucam.
At Lucam.
Lu Lucam.* **H**aec illo loquente ad eos. ecce princeps unus
accessit. & adorauit eum dicens. filia mea
modo defuncta est. sed ueni in pone manum
super eam & uiuet. & surgens ihs sequebat
eum. et discipuli eius. Et ecce mulier quae
sanguinis fluxum patiebatur duo decim an
nis. accessit retro. & tetigit fimbriā uesti
menti eius. Dicebat enim intra se. *quibus*
si tetigero tantum uestimentum eius. salua
ero. At ihs conuersus et uidens eam. dixit.
Confide filia. fides tua te saluam fecit.
Et salua facta est mulier. ex illa hora.
Et cum uenisset ihs in domum principis & ui
disset turbam tumultuantem.
dicebat. recedite. Non est enim mortua
puella. sed dormit; & deridebant eum.

Et cum eiecta eēt turba: intrauit & tenuit manum
 eius: & surrexit puella; & exiit fama haec.
 In uniuersam terram illam:

Et transeunte inde ih̄u. secuti sunt duo caeci. cla-
 mantēs & dicentes. Miserere nr̄i fili dauid.
 Cum autem uenisset domum. accesserunt ad eū
 caeci. & dicit eis ih̄s. Creditis quia possum hoc
 facere uobis. dicunt ei. utique dñe. tunc tetigit
 oculos eorum dicens. secundum fidem ur̄am fiat
 uobis. Et aperti sunt oculi illorum. & commi-
 natus est eis ih̄s dicens. uidete. ne quis sciat.
 Illi autem exeuntes. diffamauerunt eum in
 tota terra illa. Egressis autem illis. ecce obtule-
 runt ei hominem mutum daemonium habē-
 tem. & eiecto demonio locutus est mutus. et
 miratae sunt turbae dicentes. Numquam
 apparuit sic in israhel; pharisaei autem dice-
 bant. In principe daemoniorū. eicit demones.

Et circuibat ih̄s ciuitates omnes & castella. docens
 in synagogis eorum. & praedicans euangelium

regni & curans omnem languorem.

et omnem infirmitatem.

Videns autem turbas misertus est eis. quia erant uexa-
tae & iacentes. sicut oues non habentes pastorem.

Tunc dicit discipulis suis. Messis quidem multa.
operarii autem pauci. Rogate ergo dominum messis.
ut eiciat operarios in messem suam.

ET CONUOCATIS DUODECIM
discipulis suis. dedit illis potestatem spirituum
immundorum. ut eicerent eos & curarent
omnem languorem. & omnem infirmitatem.

Duodecim autem apostolorum. nomina sunt
haec. primus symon qui dicitur petrus. et
andreas frater eius. iacobus zebedei. & io-
hannes frater eius. philippus & bartholome-
us. thomas & mattheus publicanus. & iacobus
alpheri. & taddeus. symon cananeus. & iudas
scariothes. qui & tradidit eum.

Hos duodecim misit ihesus. praecipiens eis & dicens.
In uiam gentium ne abiertis. & in ciuitates.

samaritanorum ne intraueritis. sed potius ite ad
oues. quae perierunt domus israhel.

Euntes autem praedicare dicentes. quia appro-
pinquabit regnum caelorum.
Infirmos curate. mortuos suscite. leprosos
mundate. daemones eicite; gratis accepistis.
gratis date. Nolite possidere aurū. neq.
argentum. neque pecuniam in zonis uris.
Non peram in uia. neque duas tunicas. neq.
calciamenta. neque uirgam. Dignus est
enim operarius cibo suo.

In quamcumque autem ciuitatem aut castel-
lum intraueritis. interrogate quis in ea dig-
nissit. & ibi manete donec ex eatis.

Intrantes autem in domum. salutate eam
dicentes. pax domui huic. & si quidem fue-
rit domus digna. ueni & pax ur̄a super eam.
Si autem non fuerit digna. pax uestra
ad uos reuertetur.

Et quicumq. non receperit uos. neque audi

erit sermones ur̄os. ex euntes foras de domo uel
ciuitate. excutite puluerem de pedibus ur̄is.
Amen dico uobis. tolerabilius erit terrae sodo-
morum & gomorreorum in die iudicii.
quam illi ciuitati.

*M. LXXXVI.
LXXVIII.* **E**cce ego mitto uos. sicut oues in medio luporum.
Et scite ergo prudentes sicut serpentes. et sim-
plices sicut columbae.

*M. LXXXVII.
LXXIX.
LXXXI.
LXXXII.* **C**auete autem ab hominibus. Tradent enim
uos in conciliis. & in synagogis uos flagellabunt.
& ad reges et ad praesides ducemini propter
me. In testimonium illis & gentibus.

*M. LXXXVIII.
LXXXIII.
LXXXIV.
LXXXV.* **C**um autem tradent uos. nolite cogitare quo
modo aut quid loquamini. Dabitur enim
uobis in illa hora. quid loquamini.
Non enim uos estis qui loquimini. sed sp̄s
patris ur̄i qui loquitur in uobis. Tradet
autem frater fratrem in mortem. & pater
filium. & insurgent filii in parentes. et mor-
teos afficiet. Et eritis odio omnibus.

propter nomen meum. Qui autem perseuerauerit
usque in finem. hic saluus erit.

^{Al. Lxxxviii}
^{82L} **C**um autem persequerentur uos in ciuitate ista
fugite in aliam. Amen dico uobis. non con
summabitis ciuitates israhel. donec
ueniat filius hominis.

^{Al. xc}
^{83L}
^{La. cxxviii}
^{7 c. xxxviii} **N**on est discipulus super magistrum. nec
seruus super dominum suum. sufficit
discipulo. ut sit sicut magister eius.
et seruus sicut dominus eius.

^{Al. xci}
^{84L} **S**i patrem familias beelzebub uocauerunt.
quanto magis domesticos eius.
ne ergo timueritis eos.

^{Al. xcii}
^{85L} **N**ihil enim opertum. quod non reuelabitur.
et occultum. quod non sciatur.

^{Al. xciii}
^{86L} **Q**uod dico uobis in tenebris. dicite illumine.
& quod in aure auditis. praedicare super
tecta. Et nolite timere eos qui occidunt
corpus. animam autem non possunt occi
dere. sed potius eum timeate. qui potest

& animam & corpus perdere in gehennam.

Nonne duo passeret esse ueneunt. & unus ex illis
cadet super terram sine patre uestro; utraque
tem & capilli captus. omnes numerati sunt.
nolite ergo timere. multis passeribus meliores
estis uos. Omnis ergo qui confitebitur me coram
hominibus. confitebor & ego eum coram
patre meo. qui est in caelis.

*Lu. xxviii.
Lu. xxviii.
7 ex lvi.* **Q**ui autem negauerit me coram hominibus. negabo
& ego eum coram patre meo. qui est in caelis.

*Lu. xxv.
Lu. lxx.* **N**olite arbitrari. quia uenerim mittere pacem
in terram. non ueni pacem mittere sed gladium.
ueni enim separare hominem aduersus patrem
suum. et filiam aduersus matrem suam. &
nurum aduersus socrum suam. et inimici
hominis domestici eius.

*Lu. xxviii.
Lu. lxxviii.* **Q**ui amat patrem aut matrem plusquam me.
non est me dignus; & qui amat filium aut filiam
super me. non est me dignus; Et qui non ac-
cipit crucem suam & sequitur me.

non est me dignus.

Mat. xxviii. 13. Luc. xxi. 100. **Q**ui inuenit animam suam. perdet illam. & qui perdidit animam suam propter me.

Inueniet eam.

Mat. xxviii. 13. Luc. xxi. 100. **Q**ui recipit uos. me recipit. & qui me recipit. recipit eum qui me misit.

Mat. xxviii. 13. Luc. xxi. 100. **Q**ui recipit prophetam in nomine prophetae. mercedem prophetae accipiet. Et qui recipit iustum in nomine iusti. mercedem iusti accipiet.

Mat. xxviii. 13. Luc. xxi. 100. **E**t quicumque potum dederit uni ex minimis istis. calicem aquae frigidae tantum in nomine discipuli. Amen dico uobis. non perdet mercedem suam.

Mat. xxviii. 13. Luc. xxi. 100. **XI. ET FACTUM EST CUM CONSUMMASSET** ih̄s. praecipiens duodecim discipulis suis. transit inde ut doceret & praedicaret in ciuitatibus eorum.

Mat. xxviii. 13. Luc. xxi. 100. **I**ohannes autem cum audisset in uinculis operari xpi. mittens duos de discipulis suis. ait illi. Tu es qui uenturus es. an alium expectamus. & respondens ih̄s. ait illis. Euntes renuntiate.

iohanni. quae audistis & uidistis. Caeci uident.
claudi ambulant. Leprosi mundantur;
sardi audiunt. mortui resurgunt. paupe-
res euangelizantur; & beatus est. qui si
fuerit scandalizatus in me. Illis autem
abeuntibus. coepit ih̄s dicere ad turbas de
iohanne; q̄d existis in desertum uidere
arundinem uento agitatam. sed quid
existis uidere hominem mollibus uestitū.
ecce qui mollibus uestiunt². in domibus
regum sunt. sed quid existis uidere propheta.
etiam dico uobis. & plus quam prophetam.

Mat. 11. 10.
Hic est enim. de quo scriptum est; ecce ego
mitto angelum meum ante faciem tuam.
qui praeparabit uiam tuam. ante te.

Mat. 11. 11.
Amen dico uobis. non surrexit inter natos
mulierum. maior iohanne baptista.
qui autem minor est. in regno caeloru
maior est illo.

Mat. 11. 12.
Adiebus autem iohannis baptistae usque

nunc. regnum caelorum uim patitur. & uo-
lenti rapuit illud.

Al. cxi.
L. lxxv.

Omnes enim prophetae & lex. usque ad ioha-
nnem prophetauerunt; Et si uultis recipe-
re. ipse est helias qui uenturus est; qui
habet aures audiendi. audiat.

Al. cxi.
L. lxxv.

Cui autem similem aefumabo generationem
istam. similis est pueris sedentibus in foro.
qui clamantes coequalibus dicunt; Cecini-
mus uobis & non saltastis. Lamentaui mus
& non planxistis. Venit enim iohannes.
neq. manducans neque bibens. & dicit
daemonium habet; Uenit filius hominis
manducans & bibens. & dicunt; ecce homo
uorax & potator uini. publicanorum &
peccatorum amicus; & iustificata est sapi-
entia. a filiis suis.

Al. cxi.
L. lxxv.

Tunc coepit exprobrare ciuitatibus. Inqui-
bus factae sunt plurimae uirtutes eius.
quia non egissent paenitentiam.

vae tibi corazain. vae tibi bethsaida. quia sunt tyro
& sydone factae fuissent uirtutes quae factae sunt
in uobis. olim in cilicio & cinere poenitentiam
egissent. Uerum tamen dico uobis. tyro & sydo
ni remissius erit in die iudicii quam uobis.
& tu capharnaum. numquid usque in caelum
exaltaberis. usque in infernum descendes.

M. cxxviii.
Sol. **Q**uia sicut in sodomis factae fuissent uirtutes quae
factae sunt in te. forte mansissent usque in
hanc diem. Uerum tamen dico uobis. quia terra
sodomorum remissius erit in die iudicii quam tibi.

M. cxxix.
Lxxviii. **I**n illo tempore. respondens ihesus dixit. Confiteor
tibi pater domine caeli & terrae. quia abscondita
haec a sapientibus & prudentibus. et reuelata
ea paruulis. Ita pater. quoniam sic fuit placitum ante te.

M. cxxx.
Lxxviii.
Lo. xlvi.
7. xxx. **O**mnia mihi tradita sunt a patre meo.

M. cxxxi.
Lxxviii.
Lo. lxxxvii. **E**t nemo nouit filium nisi pater. neque patrem
quis nouit nisi filius. et cui uoluerit
filius reuelare.

M. cxxxii.
Sol. **V**enite ad me omnes qui laboratis & onerati estis.

& ego reficiam uos. Tollite iugum meum super uos.
 et discite a me. quia mitis sum & humilis corde.
 & inuenietis requiem animabus uestris. iugum enim
 meum suauis est. & onus meum leue est.

XII
 M. exiii.
 L. xxiiii.
 L. xli.

IN ILLO TEMPORE. ABIT IHS

sabbato per sata. discipuli autem eius esurientes.
 coeperunt uellere spicas & manducare.
 pharisaei autem uidentes. dixerunt ei. Ecce disci-
 puli tui faciunt. quod non licet eis facere sabba-
 tis. At ille dixit eis. Non legistis quid fecerit dñs.
 quando esurit & qui cum eo erant. quomodo in-
 trauit in domum dñi. & panes propositionis comē-
 dit. quos non licebat ei edere. neque his qui cum
 eo erant. nisi solis sacerdotibus.

M. exv.
 Sol.

Aut non legistis in lege. quia sabbatis sacerdotes
 in templo sabbatum uiolant. & sine crimine sūt.
 dico autem uobis. quia templo maior est hic.
 si autem sciretis quid est. misericordiam uolo
 & non sacrificium. numquam condemnassetis
 innocentes. Dñs est enim filius hominis.

etiam sabbati.

*Mcxxvii
Lxxvii
Lxxviii*

Et cum inde transisset. uenit in synagogam eorum; & ecce homo manum habens aridam. Et interrogabant eum dicentes; scilicet sabbatis curare. ut accusarent eum. Ipse autem. dixit illis. quis est ex uobis homo qui habeat ouem unam. & si ceciderit haec sabbatis in foueam. nonne tenebit & leuabit eam. quanto magis melior est homo oue. Itaque licet sabbatis benefacere; Tunc ait homini. Extende manum tuam. & extendit; & restituta est sanitas. sicut altera.

*Mcxxviii
Lxxviii
Lxxviiii*

Ex euntes autem pharisaei. consilium faciebant aduersus eum. quomodo eum pderent.

*Mcxxviiii
Lxxviiii
Lxxviiii*

Ihs autem sciens. recessit inde. & secuti sunt eum multi. et curauit eos omnes; & praecipit eis. ne manifestum eum facerent. Ut adimpleretur quod dictum est p esaiam prophetam. dicentem. Ecce puer meus quem elegi. dilectus meus in quo bene complacuit animae

meae. Pōnam sp̄m meum super eum. & iudicium
gentibus nuntiabit. Non contendet neq. clama-
bit. neque audiet aliquis in plateis uocem eius.
Arundinem quassatam non confringet. & linū
fumigans non extinguet. donec eiciat aduictori
a iudicium. & in nomine eius.
gentes sperabunt.

Lxxviii
Lxxviii **T**unc oblatuſ est ei daemōnium habens caecus et
mutus. & curauit eum. Ita ut loqueretur
et uideret.

Lxxviiii
Lxxviiii **E**t stupebant omnes turbæ. et dicebant; Nūquid
hic est filius dauid.

Lxxviiii
Lxxviiii **P**harisæi autem. audientes dixerunt.
Hic non eiat daemones. nisi in beelzebub
principe daemōniorum.

Lxxviiii
Lxxviiii **I**h̄s autem sciens cogitationes eorum. dixit eis.
Omne regnum diuisum contra se desolabitur.
& omnis ciuitas uel domus diuisa contra se non
stabit; & si satanas satanan eicit. aduersus se
diuisus est; quomodo ergo stabit regnum eius.

& siego in beelzebub eicio daemones. filii uerū in quo
eiciunt. Ideo ipsi iudices erunt ueseri. si autem ego
in spū dī eicio daemones. igitur peruenit in uos
regnum dī. Aut quomodo potest quisquam intrare
in domum fortis. & uasa eius diripere. nisi prius
alligauerit fortem. & tunc domum illius diripiat.

Quonon est mecum. contra me est; & qui non con-
gregat mecum. spargit. Ideo dico uobis.
Omne peccatum & blasphemia remittetur
hominibus. sp̄s autem blasphemia non re-
mittetur. Et qui cumq. dixerit uerbum con-
tra filium hominis. remittetur ei. Quia autem
dixerit contra sp̄m sc̄m. non remittetur ei.
neque in hoc saeculo. neque in futuro.

Aut facite arborem bonam. & fructum eius
bonum. Aut facite arborem malam. et
fructum eius malum; siquidem. ex fructu
arbor agnoscitur; progenies uiperarum.
quomodo potestis bonaloqui cum sitis mali.
Ex abundantia enim cordis os loquitur.

Bonus homo. de bono thesauro profert bona.

Et malus homo. de malo thesauro profert mala.

Dico autem uobis. quō omne uerbum otiosum quod locuti fuerint homines. reddent rationem de eo in die iudicii. Ex uerbis enim tuis iustificaberis. et ex uerbis tuis condemnaberis.

Tunc responderunt ei quidam de scribis & pharisaei. dicentes. Magister. uolumus a te signū uidere.

Qui respondens. ait illis. Generatio mala & adultera signum quaerit. et signum non dabitur ei. nisi signum ionae prophetae; sicut enim fuit ionas in uentre coeti tribus diebus & tribus noctibus. sic erit filius hominis in corde terrae. tribus diebus & tribus noctibus. Viri nineuitae surget in iudicio cum generatione ista et condemnabunt eam. quia paenitentiam egerunt in praedicatione ionae; & ecce. plusquam iona hic. Regina austri surget in iudicio cum generatione ista & condemnabit eam. quia uenit a finibus terrae audire sapientiam salomonis. Et ecce. plus

quam salomon hic:

Cum autem in mundus spiritus exierit ab homine.
ambulat per loca arida. quaerens requiem & non
inuenit. Tunc dicit. Reuertar in domum meam
unde exiui & ueniens inuenit uacantem. scopis
mundatam et ornata[m]. Tunc uadit & assumit sep-
tem alios spiritus secum nequiores esse. & in tran-
tes habitant ibi. Et fiunt nouissima hominis illi
us. peiora prioribus; sic erit & generationi
huic pessimae.

Ad huc eo loquente ad turbas. ecce mater eius et
fratres stabant foris. quaerentes loqui ei.
Dixit autem ei quidam. Ecce mater tua & fr̄es
tui foris stant. quaerentes te; At ipse respondens.
dicens sibi ait. quae est mater mea & qui sunt
fr̄es mei. & extendens manum in discipulos
suos. dixit. Ecce mater mea. & fratres mei.
Quicumq[ue] enim fecerit uoluntatem patris mei
qui in caelis est. ipse meus et frater.
& soror et mater est.

Al. c. xxxiii.
Lu. lxxxv.

Qui enim habet dabitur ei. & habundabit. qui autem non habet. et quod habet. auferetur ab eo.

Al. c. xxxiii.
Al. lxxxvii.
Lu. lxxxvii.
Lu. c. viii.

Ideo in parabolis loquor eis. quia uidentes non uident. & audientes non audiunt. neque intellegunt. & adimpletur in eis propheta esaiæ. dicens. Auditui audietis & non intellegetis. et uidentes uidebitis. & non uidebitis. In crassatum est enim cor populihuius. & auribus grauitet audierunt. & oculos suos cluserunt. ne quando uideant oculis. & auribus audiant. & corde intellegant. et conuertantur. et sanem eos.

Al. c. xxxiii.
Lu. c. xxx.


Vestri autem beati oculi quia uident. & aures uestrae quia audiunt. Amen quippe dico uobis. quia multi prophetae & iusti cupierunt uideri quae uideatis. et non uiderunt; & audire quae auditis. & non audierunt.

Al. c. xxxiii.
Al. lxxxviii.
Lu. lxxxviii.

Vos ergo. audite parabolam seminantis. Omnis qui audit uerbum regni & non intellegit. uenit malus & rapit. quod seminatum est in corde eius; hic est. qui secus uiam seminatus

est. Qui autem super petrosam seminatus est. hic est
 qui uerbum audit. & continuo cum gaudio accipit
 illud. Non habet autem in se radicem. sed est tempo
 ralis. Facta autem tribulatione & persecutione.
 propter uerbum continuo scandalizatur; Qui au
 tem est seminatus in spinis. hic est qui uerbum audit.
 & sollicitudo seculi istius & fallacia diuitiarum suffo
 cat uerbum. et sine fructu efficitur; Qui uero inter
 ram bonam seminatus est. hic est qui audit uerbum
 & intellegit et fructum affert; & facit aliud qui
 dem centesimum. aliud autem sexagesimum. aliud
 uero tricesimum.

^{si 2300 v.}
^{fol.} **A**liam parabolam. proposuit illis. dicens. Simile
 factum est regnum caelorum. homini qui semi
 nauit bonum semen in agro suo. Cum autem dor
 mirent homines. uenit inimicus eius. & super
 seminauit zizania in medio tritici. et abiit.
 Cum autem creuisset herba & fructum fecisset.
 tunc apparuerunt & zizania. Accedentes autem
 serui patris familias. dixerunt ei. Domine. nonne



bonum semen seminasti. in agro tuo. unde ergo habet
zizania? & ait illis. Inimicus homo hoc fecit; serui
autem. dixerunt ei. Uisimus & colligimus ea. &
ait. non. Ne forte colligentes zizania. eradicetis
simul cum eis & triticum. Sinite utraq. crescere
usque ad messem. & in tempore messis dicā me
soribus. Colligite primum zizania. & alligate
ea fasciculos ad comburendum; Triticum autem.
congregate in horreum meum.

*Mat. xxiij.
Mt. xliij.
Lu. c. lxxvij.* **A**liam parabolam. proposuit eis dicens. Simile est
regnum caelorum grano synapis. quod accipiens
homo seminavit in agro suo. quod minimum
quidem est omnibus seminibus. Cum autem cre
uerit. maius est omnibus holeribus. & fit arbor.
ita ut uolucres caeli ueniant & habitent in ramis eius.

*Mat. xxiij.
Lu. c. lxxvij.* **A**liam parabolam locutus est eis. Simile est
regnum caelorum fermento. quod acceptum
mulier abscondit in farinae salsatribus. donec
fermentatum est totum.

*Mat. xxiij.
Mt. xliij.* **H**aec omnia locutus est ihs in parabolis ad turbas.

& sine parabolis non loquebatur eis. ut impletet
quod dictum erat per prophetam dicentem.
Aperiam in parabolis os meum. eructabo abscon-
dita a confutatione mundi.

^{M. xl.}
^{Sal.} **T**unc dimissis turbis. uenit in domum. et accesserunt ad eum discipuli eius dicentes. Differenob parabolam zizaniorum agri. qui respondens. ait. Qui seminat bonum semen. est filius hominis; Ager autem. est mundus. Bonū uero semen. hi sunt filii regni. Zizania autem. filii nequam. Inimicus autem qui seminauit ea. est diabolus. Messis uero. consummatio seculi est. Messores autem. angeli sunt. Sicut ergo colliguntur zizania & igni comburuntur. sic erit in consummatione saeculi. Mittet filius hominis angelos suos. et colligent de regno eius omnia scandala. & eos qui faciunt iniquitatem. et mittent eos in carcerum ignis. ibi erit fletus & stridor dentium. Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris.



eorum. qui habet aures audiendi. audiat. Simile est
regnum caelorum. thesauro abscondito in agro.
Quem qui inuenit homo abscondit. & praegaudio illi
us uadit & uendit uniuersa quae habet. et emit agrum
illum. Iterum simile est regnum caelorum homini
negotiatori. quaerenti bonas margaritas. Inuenta au-
tem una pretiosa margarita. abiit & uendit omnia
quae habuit. & emit eam. Iterum simile est regnum cae-
lorum sigenae missae in mare. & ex omni genere ^{piscium} con-
greganti. quam cum impleta esset. educentes & secus li-
tus sedentes. elegerunt bonos in uasa. malos autem fo-
ras miserunt. Sic erit in consummatione saeculi.
Exibunt angeli. & separabunt malos de medio iustorum
& mittunt eos in caminum ignis. ibi erit fletus & furi-
or dentium. Intellexistis haec omnia. & dicunt ei. etiam.
At illis. Ideo omnis scriba doctus in regno caelorum.
similis est homini patri familias. qui profert de thes-
auro suo. noua & uetera.

Mat. xlii.
L. xlii.
L. xviii.
L. lvi.

Et factum est cum consummasset ih̄s parabolas istas.
transiit inde & ueniens in patriam suam. docebat.

eos in synagogis eorum. ita ut mirarentur & dicerent.
 Unde huic sapientia haec & uirtutes. Nonne hic est
 fabri filius. Nonne mater eius dicitur maria. et
 fratres eius iacobus & ioseph & symon & iudas & soro
 res eius nonne omnes apud nos sunt. unde ergo
 huic omnia ista. & scandalizabantur in eo.

Ihs autem dixit eis. Non est propheta sine honore.
 nisi in patria sua & in domo sua. & non fecit ibi uir
 tutes multas. propter incredulitatem illorum.

XIII **I**n illo tempore. audiuit
 herodes tetrarcha famam ihu. & ait pueris suis.
 Hic est iohannes baptista. ipse surrexit a mortuis.
 & ideo uirtutes operantur in eo.

Herodes enim tenuit iohannem. & alligauit eum
 & posuit in carcerem. propter herodiam uxo
 rem fratris sui. Dicebat enim illi iohannes. Non licet
 tibi habere eam. & uolens illum occidere. timuit
 populum. quia sicut prophetam eum habebant.

Die autem natalis herodis. saltauit filia herodidis in
 medio. & placuit herodij. Unde cum iuramento

pollicitus est ei dare / quodcumque postulasset & ab eo
Atilla praemonita a matre sua. Da mihi inquit
hic in disco. caput iohannis baptistae; & contrista-
tus est rex. propter iuramentum autem. et eos qui
partes recumbebant. iussit dari. Misit que et
decollavit iohannem in carcere; & allatum est
caput eius in disco. et datum est puellae. & tulit ma-
tris suae. Et accedentes discipuli eius. tulerunt cor-
pus & sepelierunt illud. & uenientes nuntiauerunt

*M. c. lxxv.
Lxxvi.
La. xlvi.*

Quodcum audisset ihs. secessit inde in nauicu Tihu-
la. in locum desertum seorsum; & cum audissent
turbae. secutaesunt eum pedestres decurratibus;
& exiens uidit turbam multam. & misertus est
eius. et curauit languidos eorum.

*M. c. lxxvii.
Lxxviii.
Lxxix.
La. xlvii.*

Vespere autem facto. accesserunt ad eum discipuli
eius. dicentes; Desertus est locus. & hora iam praeter-
iit; dimitte turbas. ut euntes in castella. emant
sibi aescas. Ihs autem. dixit eis. Non habent neces-
se ire. date illis uos manducare; Responderunt
ei; non habemus hic. nisi quinque panes & duos

ihs. locutus ē eis dicens. Habete fiduciam;

Ego sum. Nolite timere.

*In cl.
Sol.*

Respondens autem petrus dixit; dñe. si tu es. iu-
beme uenire ad te super aquas; at ipse ait; ueni
& descendens petrus de nauicula ambulabat
super aquam. ut ueniret ad ihs. Uidens uero
uentum ualidum. timuit; & cum coepisset
mergi. clamauit dicens; dñe. saluum me fac;
& continuo ihs extendens manum apprehen-
dit eum. & ait illi. Modice fidei.
quare dubitasti.

*In cl.
Sol.*

Et cum ascendissent in nauiculam. cessauit
uentus. qui autem in nauicula erant. uene-
runt & adorauerunt eum dicentes.
uere. filius dñi es.

*In cl.
Sol.*

Et cum transfretassent. uenerunt in terram
gennesar; & cum cognouissent eum uiri
locullius. miserunt in uniuersam regionem
illam; Et obtulerunt ei omnes male haben-
tes. & rogabant eum ut uel fimbriam uesti

menti eius tangere; & qui cumque tetigerunt.
salui facti sunt.

XV. Tunc accesserunt ad eum ab hiero-
lymis scribae & pharisaei dicentes. Quare discipuli
tui transgrediuntur traditionem seniorum.
Non enim lauant manus suas cum panem manducassent.
Ipse autem respondens ait illis. Quare & uos trans-
gredimini mandatum dei propter traditionem
uestram. Nam deus dixit. Honora patrem & matrem.
& qui maledixerit patri uel matri. mortem mori-
atur. Uos autem dicitis. qui cumque dixerit pa-
tri uel matri. munus quodcumque est ex me
tibi proderit. & non honorificauit patrem suum
aut matrem suam. et irritum fecistis manda-
tum dei propter traditionem uestram. Hypo-
crite. bene prophetauit de uobis esaias dicens.
Populus hic labis me honorat. cor autem eorum
longe est a me. Sine causa autem colunt me.
docentes doctrinas mandata hominum; & con-
uocatis ad se turbas. dixit eis; Audite. & intelle-

gite. Non quod intrat in os coinquinat hominem.
sed quod procedit ex ore. hoc coinquinat hominem.

*M. c. lvi.
Sol.* **T**unc accedentes discipuli eius. dixerunt ei. scis quia
pharisaei audito uerbo scandalizati sunt. & ille
respondens ait. Omnis plantatio quam non pla
ntauit pater meus caelestis. eradicabitur.

*M. c. lvi.
L. viii.* **S**inite illos. cecisunt. duces caecorum. Caecus
autem si caeco ducatum praestet. ambo in
foueam cadunt.

*M. c. lvi.
L. lxxii.* **R**espondens autem petrus. dixit ei. E differeno
bis parabolam istam. At ille dixit. Adhuc &
uos sine intellectu estis. Non intellegitis. quia
omne quod in os intrat in uentrem uadit. et
in fetesum emittitur. & quae autem proce
dunt de ore. de corde exeunt. & ea coinquinant
hominem. De corde enim. exeunt cogitati
ones male. Homicidia. adulteria. fornica
tiones. furta. falsae testimonia. blasphemiae.
haec sunt quae coinquinant hominem. Non
lotis autem manibus manducare. non coin

quinat hominem; & egressus inde ihs secessit in
 partes tyri et sydonis. Et ecce mulier chananea
 a finibus illis egressa. clamauit dicens ei. Misere
 re mei dñe fili dauid. filia mea ad aemonio male
 uexatur. qui non respondit ei uerbum. & acce
 dentes discipuli eius. rogabant eum dicentes.
 dimitte eam. quia clamat post nos.

Matth. 23. 23.
Ipsa autem. respondens ait. Non sum missus.
 nisi ad oues quae perierunt domus israhel.

Matth. 23. 24.
At illa uenit. & adorauit eum dicens. Dñe.
 adiuua me. Qui respondens. ait. Non est bo
 num sumere panem filiorum. & mittere
 canibus. At illa dixit. Etiam dñe. Nam & ca
 telli edunt de micis. quae cadunt de mensa
 dominorum suorum. Tunc respondens ihs.
 ait illi. O mulier. magna est fides tua. fiat
 tibi sicut uis. & sanata est filia illius.
 ex illa hora.

Matth. 23. 25.
Et cum transisset inde ihs. uenit secus mare
 galileae; Et ascendens in montem. sedebat

ibi & accesserunt ad eum turbae multae / habentes secum mutos. clodos. caecos. debiles. & alios multos. Et proiecerunt eos ad pedes eius et curavit eos. Ita ut turbae mirarentur uidentes mutos loquentes. clodos ambulantes. cecos uidentes. et magnificabant dñm israhel.

XVI. IHS AUTEM CONUOCATIS

discipulis suis. dixit. Misereor turbae. quia iam tri duo per seuerant mecum / & non habent quod manducant. Et dimittere eos ieiunos nolo. ne deficiant in uia. & dicunt ei discipuli. Unde ergo nobis in deserto panes tantos. ut saturemus turbam tantam. & ait illis ihs. quot panes habeatis. & illi dixerunt. Septem. & paucos pisciculos. Et praecipit turbae. ut discumberet super terram. & accipiens septem panes. et pisces. & gratias agens. fregit et dedit discipulis suis. et discipuli dederunt populo. Et comederunt omnes. & saturati sunt. & quod super fuit de frag

mentis. tulerunt septem sportas plenas. Erant au-
tem qui manducauerunt quattuor milia homi-
num. extra paruulos et mulieres; & dimissa ²ba
ascendit in nauiculam. et uenit
in fines magedan.

Et accesserunt ad eum pharisei & sadducaei
temptantes. & rogauerunt eum ut signum
de caelo ostenderet eis.

Et ille respondens. ait eis. facta uespere. di-
ctis serenum erit. rubicundum est enim ce-
lum; & mane. hodie tempestas. rutilat
enim triste caelum; faciem ergo caeli di iu-
dicare nos tis. signa autem
temporum non potestis.

Generatio mala & adultera signum querit.
& signum non dabitur ei. nisi signum ione.
Et relicta illis abiit; & cum uenissent disci-
puli eius trans fretum. oblitati sunt
panes accipere.

Quid dixit illis. Intuemini. & caueate a fermento

*Mathe.
8. 14.*

pharisaeorum. & sadduceorum.

At illi cogitabant inter se dicentes. quia panes non accepimus. Sciens autem ih̄s. dixit. Quid cogitatis inter uos modicae fidei quia panes n̄ habetis. Non dum intellegitis neq. recordamini quinque panum. & quinq. milia hominū. et quot cophinos sumpsistis. Neq. septem panum. et quattuor milia hominum. & quot sportas sūp sistis. quare non intellegitis quia non de pane dixi uobis. Cauete a fermento pharisaeorum & sadduceorum. tunc intellexerunt quia. n̄ dixerit cauendum a fermento panum. sed a doctrina pharisaeorum & sadduceorum.

*Mathe.
16. 13.
Luc. 12. 10.
Le. 12. 10.*

Venit autem ih̄s in partes caesariae philippi. & interrogabat discipulos suos dicens. quem dicunt homines esse filium hominis. At illi dixerunt. Alii iohannem baptistam. alii autem heliam. alii uero heremiam. aut unum ex prophetis. Dicit illis ih̄s. Uos autem quem me eē dicatis. Respondens symon petrus. dixit.

Tues xps. filius di uiui.

Respondens autem ihs. dixit ei. Beatus es symon bar iona. quia caro & sanguis non reuelauit tibi. sed pater meus qui in caelis est. Et ego dico tibi. quia tu es petrus & super hanc petram aedificabo a ecclesiam meam. & portae inferi non prauelebunt aduersus eam. & tibi. dabo clauis regni caelorum. Et quodcumq. ligaueris super terram. erit ligatum in caelis. & quodcumque solueris super terram. erit solutum in caelis.

Tunc praecepit discipulis suis. ut nemini dicerent. quia ipse esset ihs xps. Ex inde cepit ihs ostendere discipulis suis. quia oporteret eum ire hiero solymam. et multa pati a senioribus & scribis. et principibus sacerdotum et occidi. & tertia die resurgere.

Et assumens eum petrus. coepit in crepase illum dicens. Absit a te dñe. non erit tibi hoc. Qui conuersus. dixit petro. Uade post

me satanas. scandalum es mihi. quia non sapiſ ea
quae diſunt. ſed ea quae hominum.

ſi clxxx.
ſi lxxxv.
L. xxvii.

Tunc ihſ. dixit diſcipulis ſuis. Si quis uult poſt me
uenire. abneget ſem & ipſum. & tollat crucem
ſuam et ſequatur me. qui enim uoluerit ani
mam ſuam ſaluam facere. perdet eam.
Qui autem perdidit animam ſuam propter
me. inueniet eam. quid enim prodeſt homi
ni. ſi mundum uniuerſum lucretur. anime
uero ſuae detrimentum patiatur. Aut quā
dabit homo commutationem pro anima ſua.

ſi clxxx.
ſi lxxxv.
L. xxvii.

Filius enim hominis uenturus eſt in gloria
patris ſui cum angelis ſuis. et tunc reddet
unicuique ſecundum opera eius.

ſi clxxx.
ſi lxxxv.
L. xxvii.

Amen dico uobis. ſunt quidam de hiſtantiſ.
qui non guſtabunt mortem. donec uideant
filium hominis. uenientem in regno ſuo.

XVII. ET POST DIES SEX. ASSUMPSIT
ihſ petrum. & iacobum. et iohannem fratrem
eius. et ducit illos in montem excelsum ſeor

sum & transfiguratus est ante eos; & resplenduit
 facies eius sicut sol; uestimenta autem eius facta
 sunt alba sicut nix. Et ecce apparuit illis moy-
 ses & helias; cum eo loquentes. Respondens autem
 petrus; dixit ad ihm̄. Dñe; bonum est nos hic eē;
 si uis; faciamus hic; tria tabernacula; tibi unum;
 & moȳsi unum; & heliae unum. Adhuc eloquen-
 te; ecce nubes lucida obumbravit eos; & ecce uox
 de nube dicens; hic est filius meus dilectus; in
 quo mihi bene complacui; ipsum audite; & audi-
 entes discipuli; ceciderunt in faciem suā; et tim-
 erunt ualde. Et accessit ih̄s & tetigit eos; dix-
 que eis; Surgite; & nolite timere; Leuantes au-
 tem oculos suos; neminem uiderunt; nisi solū
 ihm̄; & descendantibus illis de monte; praece-
 pit ih̄s dicens; Nemini dixeritis uisionem; do-
 nec filius hominis; a mortuis resurgat.

Et interrogauerunt eum discipuli; dicentes;
 Quid ergo scribae dicunt; quod heliam oportet
 primum uenire; At ille; respondens ait

eis. Helias qui dem uenturus est. et restitua & omnia.
Dico autem uobis. quia helias iam uenit. et non cog-
nouerunt eum. sed fecerunt in eo. quaecum que
uoluerunt. Sic & filius hominis passurus e a beis.
Tunc intellexerunt discipuli. quia de iohanne
baptista. dixisset eis.

*At. cl. xxviii.
L. l. c. l.*

Et cum uenisset ad urbem. accessit ad eum homi-
genibus prouolutus. ante eum dicens. Dne.
miserere filio meo. quia lunaticus est. et ma-
le patitur. Nam sepe cadit in ignem. & crebro
in aquam. & obtuli eum discipulis tuis. et non
potuerunt curare eum. Respondens ihs. ait.
O generatio incredula & peruersa. quousque
ero uobiscum. usquequo patiar uos. Afferte
huc illum ad me. Et increpauit illum ihs. &
exiit ab eo daemonium. & curatus est puer.

*At. cl. xxx.
L. l. c. l.*

Tunc accesserunt discipuli. & ex illa hora
ad ihm secreto. et dixerunt. quare nos non
potuimus eicere illum. dicit illis. propter
incredulitatem uram. Amen quippe dico uo

bis. si habueritis fidem sicut granum synapis. dicetis
monti huic transi hinc. & transibit. et nihil impos-
sibile erit uobis; hoc autem genus non eicitur. ni-
si per orationem et ieiunium.

Conuersantibus autem eis in galilea. dixit illis
ih̄s; filius hominis tradendus est in manus ho-
minum. & occidetur eum. et tertia die resurgat.
Et contristati sunt uehementer.

Et cum uenissent capharnaum. accesserunt qui
didragma accipiebant ad petrum. & dixerunt
ei. magister uester non soluit didragma. ait
etiam. & cum intrasset in domum. preuenit
eum ih̄s dicens. quid tibi uidetur symon. re-
ges terrae a quibus accipiunt tributum uel
censum. a filiis suis an ab alienis. & ille dixit.
ab alienis. dixit illi ih̄s. ergo. liberi sunt filii.
Ut autem non scandalizemus eos. uade ad
mare & mitte hamum. & eum piscem qui
primus ascenderit tolle; Et aperto ore eius.
Inuenies fraterem. illum sumens. da eis



da eis pro me et te.

XVIII **I**N ILLA HORA ACCESSERUNT
li. c. lxxxviii.
li. c. lxxxv.
lv. cii. discipuli ad ihm dicentes. Quis putas maior est
in regno caelorum. & aduocans ihs paruulum.
statuit eum in medio eorum. et dixit.

Amen dico uobis. Nisi conuerſi fueritis et
efficiamini sicut paruuli. non intrabitis in
regnum caelorum. Quicumq. ergo humilia
uerit se sicut paruulus iste. hic est maior
in regno caelorum. & qui suscepit unum
paruulum talem in nomine meo. me fusi
me suscipit.

li. c. lxxxviii.
li. c. lxxxviii.
lv. cxxviii. **Q**uia autem scandalu^{lira} uerit unum de pusillis istis
qui in me credunt. expedit ei ut suspen-
datur mola asinaria in collo eius. & dimerga-
tur in profundum maris. Uae mundo
ab scandalis. Necessesse est enim. ut uenias
scandala. Verum tamen. ue homini per
quem scandalum uenit.

li. c. lxxx.
li. c. lxxx. **S**i autem manus tua uel pedis tuus scandalizat

te abscede eum & proice ab te; bonum tibi est ad
uitam ingredi debilem uel claudum. quam duas
manus uel duos pedes habentem. mitti in ignem
aeternum. & si oculus tuus scandalizat te. erue
eum et proice ab te; bonum tibi est unum oculū
habentem in uitam intrare. quam duos oculos
habentem mitti in gehennam ignis.

^{¶ c. lxxxvii}
^{¶ c. lxxxviii}
Videte. ne contemnat is unum ex his pusillis. dico
enim uobis. quia angeli eorum in caelis semper
uident faciem patris mei. qui in caelis est.
Uenit enim filius hominis saluare. qđ perierat.

^{¶ c. lxxxviii}
^{¶ c. lxxxviiii}
Quid uobis uidetur. si fuerint alicui centū oues.
& errauerit una ex eis. nonne relinquet
nonaginta nouem in montibus. & uadet quae
pere eam quae errauit. & si contigerit ut in
ueniat eam. Amen dico uobis. quia gaudet sup
eam magis quam supra nonaginta nouem. quae
non errauerunt. Sic non est uoluntas ante pa
trem uestrum qui in caelis est. ut pereat
unus de pusillis istis.



M. c. lxxxiii.
L. xxxviii. **S**i autem peccauerit in te frater tuus. uade. & corripe
eum inter te et ipsum solum; si te audierit. lucratus
eris fratrem tuum.

M. c. lxxxiiii.
SOL. **S**i autem non te audierit. adhibe tecum adhuc unū
uel duos. ut in ore duorum uel trium testium. fiet
omne uerbum. Quod si non audierit eos. dic ecclesie.
si autem a ecclesiam non audierit. sit tibi sicut
ethnicus et publicanus.

M. c. lxxxv.
L. xxxix. **A**men dico uobis. quaecumque alligaueritis super
terram. erunt ligata & in caelo. & quaecumque
solueritis super terram. erunt soluta & in caelo.

M. c. lxxxvi.
SOL. **I**terum dico uobis. quia si duo ex uobis consenserint
super terram. de omni re quācumque petierint.
fiet illis a patre meo qui in caelis est. Ubi enim s̄
duo uel tres congregati in nomine meo. ibi sum
ibi sum in medio eorum.

M. c. lxxxvii.
L. xl. **T**unc accedens petrus ad eum. dixit. Dñe. quo
tiens peccabit in me frater meus. & dimittam
eiusque septies. & dicit illi ih̄s. Non dico tibi usque
septies. sed usque septuagies septies.

XVIII. DE OBLATUM EST

regnum caelorum homini regi. qui uoluit rationē
 ponere cum seruis suis. & cum coepisset rationem
 ponere. oblatus est ei unus. qui debebat decem
 milia talenta. Cum autem non haberet unde
 redderet. iussit eum dominus uenundari. & uxore
 rem eius et filios. & omnia quae habebat et reddi.
 Procidens autem seruus ille. orabat eum dicens.
 patientiam habe in me. & omnia reddam tibi.
 Misertus autem dominus serui illius dimisit eum.
 & debitum dimisit ei. Egressus autem seruus ille.
 Inuenit unum de conseruis suis. qui debebat ei centū
 denarios. & tenens. suffocabat eum dicens. Redde
 quod debes. Et procidens conseruus eius. rogabat eū
 dicens. patientiam habe in me. & omnia reddam
 tibi. Ille autem noluit. sed abiit et misit eum in
 carcerem. donec redderet debitum. Uidentes au
 tem conserui eius quae fiebant. contristati sunt ualde.
 Et uenerunt. & narrauerunt domino suo. omnia
 quae facta fuerant. Tunc uocauit illū dominus

suus. & ait illi serue nequam. omne debitum dimisi
tibi. quō rogafume. Non ergo oportuit & te misere
ri conseruttui. sicut & egotui miseratus sum. & iratus
dominus eius. tradidit eum tortoribus. quo ad usque
redderet uniuersum debitum. Sic & pater meus ex
lestis faciet uobis. si non remisertis unusquisq. fra
tri suo. decoribus uestris.

M. c. lxxxviii.
M. c. lxxxviii.

Et factum est cum consummasset ih̄s sermones istos.
migravit a galilea & uenit in fines iudeae trans
iordanen. & secutae sunt eum turbae multae. et
curauit eos sibi. Et accesserunt ad eum pharisei
temptantes eum. & dicentes si licet homini dimit
tere uxorem suam. quacumque ex causa. qui res
pondens. ait eis. Non legistis. quia qui fecit ab initio
masculum & feminam fecit eos. & dixit. propter
hoc dimittet homo patrem & matrem. et adhae
rebit uxori suae. & erunt duo in carne una.
Itaque iam non sunt duo. sed una caro. quod ergo
d̄s coniunxit. homo non separet. dicunt illi. quid
ergo moyses mandauit dari libellum repudii & di

mittere. ait illis. Quō moyses addurtiam cordis
ur̄i. p̄misit uobis dimittere uxores uestras.
Ab initio autem. non sic fuit.

Dico autem uobis; Quia quicumque dimiserit uxore
suam. nisi ob fornicationem. & aliam duxerit.
moechatur; & qui dimissam duxerit. moechatur.

Dicunt ei discipuli eius. Si ita est causa homini cum
uxore. non expedit nubere. qui dixit. Non om
nes capiunt uerbum istud. sed quibus datum ē.
Sunt enim eunuchi. qui de matris utero sic na
ti sunt; & sunt eunuchi. qui facti sunt ab ho
minibus. Et sunt eunuchi. qui se ipsos castra
uerunt propter regnum caelorum.
Qui potest capere. capiat.

Tunc oblatis sunt ei paruuli. ut manus eis impo
neret. & oraret; discipuli autem. increpabant
eos; Ihs uero. ait eis; sinite paruulos. & nolite
eos prohibere ad me uenire; Talium ē enim
regnum caelorum; & cum imposuisset eis
manus. abiit inde.



¶ cxxiii.
¶ cxxiiii.
¶ cxxv.
¶ cxxvi.
¶ cxxvii.
¶ cxxviii.

Et ecce unus accedens ait illi magister bone quid
boni faciam ut habeam uitam aeternam. & qui dixit
ei quid me interrogas de bono. unus est bonus deus.
si autem uis ad uitam ingredi serua mandata.
Dicit illi quae. & ih̄s autem dixit. Non homicidium
facies. non adulterabis. non facies furtum. non fal-
sum testimonium dices. honora patrem & matrem
& diliges proximum tuum. sicut te ipsum. Dicit
illi adolescens. Omnia haec custodiui. quid
adhuc mihi deest.

¶ cxxix.
¶ cxxx.
¶ cxxxi.
¶ cxxxii.
¶ cxxxiii.

Ait illi ih̄s. Si uis perfectus esse. uade uende quae
habes & da pauperibus. et habebis thesaurum
in caelo. & ueni sequere me.

¶ cxxxiv.
¶ cxxxv.
¶ cxxxvi.

Cum audisset autem adolescens uerbum abiit
tristis. Erat enim habens multas possessiones.
Ih̄s autem dixit discipulis suis. Amen dico uobis.
quia diues difficile intrabit in regnum caelo-
rum. & iterum dico uobis. Facilius est camelum
per foramen acus transire. quam diuitem
intrare in regnum caelorum; Ad dicit autem

his discipuli. mirabantur ualde dicentes. Quis ergo poterit saluus esse. aspiciens autem ih̄s. dixit illis. Apud homines hoc impossibile est. apud d̄m autem omnia possible sunt. Tunc respondens petrus. dixit ei. Ecce nos reliquimus omnia et secuti sumus te. quid ergo erit nobis.

Ih̄s autem dixit illis. Amen dico uobis. quod uos qui secuti estis me. in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis suae.

Sedebitis & uos super sedes duodecim. iudicantes duodecim tribus israhel.

Et omnis qui reliquit domum. uel fratres. aut sorores. aut patrem. aut matrem. aut uxorem. aut filios. aut agros propter nomen meum. centuplum accipiet. & uitam eternam possidebit.

MULTI AUTEM ERUNT PRIMI
nouissimi. et nouissimi primi.

Simile est regnum caelorum homini patri familias. qui exiit primo mane. conducere operarios in uineam suam. Conuentione autē facta

cum operariis sex denario diurno. misit eos in uineam suam.
Et egressus circa horam tertiam. uidit alios stantes in
foro otiosos. & illis dixit. Ite & uos in uineam. et quod
iustum fuerit dabo uobis. Illi autem. abierunt.
Iterum autem exiit circa sextam & nonam horam.
& fecit similiter. Circa undecimam uero exiit. et
inuenit alios stantes. & dicit illis. Quid hic statis tota
die otiosi. dicunt ei. quia nemo nos conduxit.
Dicit illis. Ite & uos in uineam. Cum sero autem fac-
tum esset. dicit dominus uineae procuratoris suo.
Uoca operarios. & redde illis mercedem. Incipiens
a nouissimis. usque ad primos. Cum uenissent ergo
qui circa undecimam horam uenerant. acceperunt
singulos denarios. Uenientes autem & primi. arbi-
trati sunt quod plus essent accepturi. Acceperunt
autem & ipsi singulos denarios. Et accipientes. mur-
murabant aduersus patrem familias. dicentes.
Hi nouissimi una hora fecerunt. et pares illos nobis
fecisti qui portauimus pondus diei et aestus.
At ille respondens. uni eorum dixit. Amice. N

facio tibi iniuriam. Nonne ex denario conuenisti mecum.

Tolle quod tuum est. et uade. Uolo autem & huic nouissimo dare. sicut & tibi. Aut non licet mihi quod uolo facere.

An oculus tuus nequam est. quia ego bonus sum.

Sicerunt nouissimi primi. et primi nouissimi.

Multi enim sunt uocati. pauci uero electi.

Et ascendens ih̄s hiero solymam. Assumpsit duodecim discipulos secreto. et ait illis. Ecce ascendimus hiero solymam. & filius hominis tradetur principibus sacerdotum et scribis. et condemnabunt eum morte. Et tradente eum gentibus addeludendum. & flagellandum. & crucifigendum. et tertia die resurget.

Tunc accessit ad eum mater filiorum zebedei cum filiis suis. adorans. et petens aliquid ab eo. qui dixit ei. Quid uis. ait illi. Dic ut sedeant hi duo filii mei. unus ad dexteram tuam. et unus ad sinistram in regno tuo. Respondens autem ih̄s. dixit. Nescitis quid petatis. potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum. dicunt ei. possumus; ait illis. Calicem quidem meum bibetis. sedere autem ad dexteram

meam & sinistram. non est meum dare uobis. sed quibus pa-
ratum est a patre meo.

1000
1000
Lu 20. 1000.

Et audientes decem. indignati sunt de duobus fratribus.
Ihs autem uocauit eos ad se. et ait. Scitis quia prin-
cipes gentium dominantur eorum. & qui maiores
sunt potestatem exercent in eos. Non ita erit in-
ter uos; sed quicumque uoluerit inter uos maior
fieri. sit uester minister; & qui uoluerit inter uos
primus esse. erit uester seruus.

1000
1000
Lu 20. 1000.

Sicut filius hominis non uenit ministrari. sed minis-
trare; Et dare animam suam.
redemptionem pro multis.

1000
1000
Lu 20. 1000.

Et egredientibus illis ab hiericho. secuta est eum turba
multa. Et ecce duo caeci sedentes secus uiam. audie-
runt quia ih̄s transiret. & clamauerunt dicentes.
Dñe. miserere n̄ri fili dauid; & stetit ih̄s et uocauit
eos. & ait. Quid uultis ut faciam uobis. dicunt illi.
dñe. ut aperiantur oculi n̄ri. Misertus autem
eorum ih̄s. tetigit oculos eorum; & confestim
uiderunt. et secuti sunt eum. ¶ **7** filii dauid;

^h Turba autē. ipse repabat eos ut taererent; At illi.
magis clamabant dicentes; Dñe miserere p̄ri.

ET CUM APPROPINQUASSENT Iherosolymis.

et uenissent bethfage ad montem oliueti. tunc
 ih̄s misit duos discipulos. dicens eis. Ite in castellū quod
 contra uos est. et statim inuenietis asinam alligatam.
 & pullum cum ea. Soluite & adducite mihi.
 Et si quis uobis aliquid dixerit. dicite. quia dñs h̄is
 opus habet. & confestim dimittet eos.

Hoc autem factum est. ut adimpleretur quod dic-
 tum est per prophetam dicentem. Dicte filiae
 syon. ecce rex tuus uenit tibi mansuetus. & sedens
 super asinam. & pullum filium subiugalis.

Funtes autem discipuli. fecerunt sicut precepit
 illis ih̄s. & adduxerunt asinam et pullum. et
 imposuerunt super eos uestimenta sua. & eum
 desuper sedere fecerunt. Plurima autem turbae
 frauerunt uestimenta sua in uia. Alii autem
 cedebant ramos de arboribus.
 et sternebant in uia.

Turbae autem quae praecedebant & quae seque-
 bantur. clamabant dicentes. O sanna filio dauid.

benedictus qui uenit in nomine dñi. osanna in altissimis.

Li. cc. x.
fol.

Et cum intrasset hierosolimam. commota est uniuersa
ciuitas dicens. quis est hic. & populi autem dicebant.
Hic est ih̄s propheta anazareth galileae;

Li. cc. xi.
fol.
Lv. cc. xxxviii.
fo. xxxi.

Et intrauit ih̄s in templum dñi. & eiebat omnes uenden-
tes & ementes in templo. & mensas nummulariorum.
et cathedras uendentium columbas euectit; & dicit
eis. Scriptum est. domus mea domus orationis uoca-
bitur. Vos autem. fecistis illam speluncam latronū.

Li. cc. xii.
fol.

Et accesserunt ad eum caeci & claudi in templo.
& sanauit eos.

Li. cc. xiii.
fol.
Lv. cc. xxxv.

Videntes autem principes sacerdotum & scribae
mirabilia quae fecit. et pueros clamantes in
templo & dicentes. osanna filio dauid. indignati
sunt et dixerunt ei. Audis quid isti dicunt. &
ih̄s autem. dicit eis. Uti que; Numquam legistis
quia ex ore infantium & lactantium per-
fecit laudem. &

Li. cc. xiiii.
fol.
Lv. cc. xxxvi.

Et relictis illis. abiit foras extra ciuitatem in
bethaniam. ibique mansit.

Mano autem reuertens in ciuitatem. esurit.
 & uidens ficu arborem unam secus uiam. uenit ad eam.
 et nihil inuenit in ea nisi folia tantum; & ait illi.
 Numquam ex te fructus nascatur in sempiternum.
 & arefacta est continuo ficulnea. Et uidentes
 discipuli. mirati sunt dicentes.
 Quomodo continuo aruit.

Respondens autem ihs. ait eis. Amen dico uobis. si ha-
 bueritis fidem & non hesitaueritis. non solum de
 ficulnea facietis. sed et si monti huic dixeritis.
 tolle & iactate in mare. fiet.

Et omnia quaecumque petieritis in oratione
 credentes. accipietis.

Et cum uenisset in templum. accesserunt ad eum
 docentes. principes sacerdotum & seniores po-
 puli dicentes. In qua potestate hec facis. et quis de-
 dit tibi hanc potestatem. respondens ihs. dixit
 eis. Interrogabo uos & ego unum sermonem.
 Quem si dixeritis mihi. et ego uobis dicam in qua po-
 testate haec facio. Baptismum iohannis erat. ex celo.

.unde

an ex hominibus. At illi cogitabant inter se dicentes.
Si dixerimus ex caelo dicet nobis. Quare ergo non cre-
didisti illi. Si autem dixerimus ex hominibus timemur
turbam. Omnes enim habent iohannem sicut pro-
phetam; & respondentes in uerbo dixerunt. Nescimus.
At illis & ipse. Nec ego dico uobis. In qua
potestate haec facio.

¶ **ccxxviii** **SOL.** Quid autem uobis uidetur. Homo quidam habebat
duos filios. & accedens ad primum dixit. Fili. uade
hodie operare in uinea mea. Ille autem respondens
ait. Nolo. Postea autem paenitentia motus abijt.
Accedens autem ad alterum dixit similiter; At ille
respondens ait. Eo dñe & non iuro. Quis ex duob.
fecit uoluntatem patris. dicunt. primus. Dicit
illis ih̄s; Amen dico uobis. quia publicani & mere-
trices praecedunt uos in regno dī. Uenit autem
ad uos iohannes in uia iustitiae & non credidistis
ei. Publicani autem & meretrices crediderunt ei.
Uos autem uidentes. nec paenitentiam habuistis
postea. ut crederetis ei.

XXII ALIAM PARABOLAM AUOITE.

Homo erat pater familias. qui plantauit uineam.
 & sepem circum dedit ei. & fodit in ea torcular. et
 aedificauit turrim. et locauit eam agricolis. & pe-
 regre profectus est. Cum autem tempus fructu-
 um appropinquasset. misit seruos suos ad agrico-
 las. ut acciperent fructus eius. & agricolae ap-
 prehensis seruis eius. alium ceciderunt. alium
 occiderunt. alium uero lapidauerunt.
 Iterum misit alios seruos plures prioribus. et
 fecerunt illis similiter. Nouissime autem. misit
 ad eos filium suum dicens; Uerebuntur filium
 meum. Agricolae autem uidentes filium. dixe-
 runt intra se. Hic est heres. uenite occidamus
 eum. et habebimus hereditatem eius. Et appre-
 hensum eum. eiecerunt extra uineam. & occide-
 runt. Cum ergo uenerit dominus uineae. quid
 faciet agricolis illis. & aiunt illi. Malos male per-
 det. & uineam locabit aliis agricolis. qui reddant
 ei fructum temporibus suis. Dicit illis IHS.

Numquam legistis in scripturis. Lapidem quem re-
probauerunt aedificantes. hic factus est in caput
anguli. ad nō factum est istud. & est mirabile
in oculis nr̄is. Ideo dico uobis. quia auferetur
a uobis regnum dī. & dabitur genti facienti fru-
ctus eius. & qui ceciderit super lapidem istum
confringetur; super quem uero ceciderit.
conteret eum.

Et c. xxi.
L. ccc. xxi.
L. ccc. xxi.

Et cum audissent principes sacerdotum et
pharisaei parabolas eius. cognouerunt quod
de ipso diceret. Et querentes eum tenere.
timuerunt turbas. quō sicut prophetam.
eum habebant.

Et c. xxi.
L. ccc. xxi.

Et respondens ih̄s. dixit iterum in parabolis
eis dicens. Simile factum est regnum caelo-
rum homini regi. qui fecit nuptias filio suo.
Et misit seruos suos uocare in uittatos ad nup-
tias. & nolebant uenire. Iterum misit alios
seruos dicens. Dicite in uittatis. ecce prandiū
meum parauit. Tauri mei & attilia occisa. et

omnia parata uenire ad nuptias; Illi autem neglexerunt; & abierunt alius in uillam suam. alius uero ad negotiationem suam. Reliqui uero tenuerunt seruos eius. et contumelia affectos occiderunt.

Rex autem cum audisset. iratus est; & missis exercitibus suis perdidit homicidas illos. et ciuitatem illorum succendit. Tunc ait seruis suis.

Nuptiae quidem paratae sunt. sed qui inuitati erant non fuerunt digni. Itaque ad extus uiarum. & quoscumque in ueneritis. uocate ad nuptias. Et egressi serui eius in uias. congregauerunt omnes quos in uenerunt malos & bonos. et impletae sunt nuptiae discumbentium.

^{M. ccc. lxxv.}
^{8. l.} **I**ntrauit autem rex. ut uideret discumbentes. & uidit ibi hominem non uestitum ueste nuptiali. et ait illi. Amice. quomodo huc intraisti non habens uestem nuptialem. At ille obmutuit. Tunc dixit rex ministris. Ligatis pedibus eius & manibus. mittite eum in tenebras exteriores. ibi erit fletus & stridor dentium.

Multa autem sunt uocati. pauci uero electi.

XXIII.
Mcc. xxiii.
Lxx. lxx.
Lxx. lxx.

TUNC ABEUNTES PHARISÆI

consilium inierunt. ut caperent eum in sermo-
ne; Et mittunt ei discipulos suos. cum hero-
dianis dicentes. Magister. scimus quia uerax
es. & uiam dñi in ueritate doces. et non est tibi
cura de aliquo. Non enim respicis personam ho-
minum. Dic ergo nobis. quid tibi uideatur.
Licet censum dare caesari. annon. cognita
autem ihs nequitia eorum. ait. quid me
temptatis hypocritae. ostendite mihi no-
misma census. At illi. obtulerunt ei dena-
rium. Et ait illis ihs. Cuius est imago haec
& superscriptio. dicunt ei. caesaris. Tunc
ait illis. Reddite ergo quae sunt caesaris
caesari. et quae sunt dñi dō. & audientes mira-
ti sunt. & relicto eo abierunt.

+

In illo die. accesserunt ad eum sadducei qui di-
cunt non esse resurrectionem. & interroga-
uerunt eum dicentes. Magister. moyses dixit.

Siquis mortuus fuerit non habens filium. ut ducat
 frater eius uxorem illius. & suscitet semen fratri
 suo. Erant autem apud nos septem fratres.
 & primus uxore ducta defunctus est. & non ha-
 bens semen. reliquit uxorem suam fratri suo.
 Similiter secundus & tertius. usque ad septimū.
 Nouissime autem omnium. & mulier defunc-
 ta est. In resurrectione ergo cuius erit de septē
 uxor. Omnes enim habuerunt eam. Respon-
 dens autem ih̄s. ait illis. Erratis. nescientes
 scripturas neque uirtutem dī. In resurrectio-
 ne enim neque nubent neque nubentur.
 sed sunt sicut angeli dī in caelo. De resurrec-
 tione autem mortuorum non legis quod
 dictum est ad dō. dicente uobis. Ego sum d̄s abra-
 ham. & d̄s isaac. & d̄s iacob. non est d̄s mortu-
 orum sed uiuentium. & audientes turbae.
 mirabantur in doctrina eius.

Pharisei autem. audientes quod silentium
 imposuisset sadducaeis. conuenerunt in unū.

et interrogauit eum unus ex eis legis doctor. temp-
tanseum. Magister. quod est mandatum mag-
num in lege. At illi ih̄s. Diliges dñm dñm tuum
ex toto corde tuo. & in tota anima tua. et in tota
mente tua. hoc est maximum. et primū man-
datum. Secundum autem. simile est huic.
Diliges proximum tuum. sicut te ipsum.
In his duobus mandatis. uniuersa lex
pendet. et prophetae.

*M. ccc. lxxv.
M. ccc. lxxvi.
Lu. ccc. lxxv.*

Congregatis autem pharisaeis. Interrogauit
eos ih̄s dicens. Quid uobis uidetur de xp̄o.
cuius filius est. dicunt ei. dauid. At illis.
Quomodo ergo dauid in sp̄u. uocat eum dñm
dicens. Dixit dñs dño meo. sede a dextris meis.
donec ponam inimicos tuos scabellum
pedum tuorum.

*M. ccc. lxxvi.
M. ccc. lxxvii.
Lu. ccc. lxxvii.*

Si ergo dauid uocat eum dñm. quomodo fili-
us eius est. & nemo poterat respondere ei
uerbum. neque ausus fuit quisquam ex illa
die. eum amplius interrogare.

Tunc ih̄s locutus est ad turbas & ad discipulos suos
 dicens. Super cathedram moysi. sederunt scribe
 et pharisaei. Omnia ergo quaecumq. dixerint
 uobis. seruate & facite. Secundum opera uero
 eorum. nolite facere. Dicunt enim. & n̄ faciunt.

Alligant autem onera grauiā et in portabilia
 & imponunt in humeros hominum. digito
 autem suo nolunt ea mouere.

Omnia uero opera sua faciunt. ut uideantur
 ab hominibus. Dilatant enim philacteria
 sua & magnificant fimbrias. Amant au-
 tem primos recubitus in caenis. & primas
 cathedras in synagogis. et salutationes in foro.
 et uocari ab hominibus rabbi.

Vos autem. nolite uocari rabbi. Unus est
 enim magister uester; Omnes autem uos
 fratres estis; & patrem. nolite uocare uo-
 bis super terram. Unus est enim pater
 uester. qui in caelis est. Nec uocemini ma-
 gisteri. quia magister ur̄. unus est xp̄s.

^{M ccc ccc.}
^{Lxxviii.} Qui maior est ur̄m. erit minister uester. qui autem
se exaltauerit. humiliabitur; Et qui se humi
liauerit. exaltabitur.

XXIII. VAELUTEM VOBIS SCRIBAE.
^{M ccc ccc.}
^{Lxxviii.} et pharisaei hypocritae. qui clauditis regnum
caelorum ante homines; Vos enim non intratis
nec introeuntes sintis intrare.

^{M ccc ccc.}
^{SOL.} Vae vobis scribae & pharisaei hypocritae. qui co
meditis domus viduarum. orationes longas
orantes; propter hoc. amplius accipietis iudi
cium; Vae vobis scribae & pharisaei hypocri
tae. quia circumgissis mare et aridam. ut facia
tis unum proselytum; & cum fuerit factus
factus eum filium gehennae duplo quam vos.
Vae vobis duces caeci. qui dicitis. quicumque
iurauerit p̄ templum. nihil est; Qui autem
iurauerit in auro templi. debet; facti et
caeci. quidem enim maius est. aurum ante templum
quod sanctificat aurum. & quicumque iuraue
rit in altari. nihil est; Quicumque autem

iurauerit in dono quod est super illud. debet.

Caeci. quidem maius est. donum. an altare quod
sancificat donum. qui ergo iurat in altari. iurat
in eo et in omnibus quae super illud sunt.

Et qui iurauerit in templo. iurat in il-
lo. & in eo qui habitat in ipso; & qui iurat in caelo
iurat in throno dñi. et in eo qui sedet super eum.

Vae autem uobis scribae & pharisaei hypocritae.
quia decimatis mentam & anetum & cyminū.
& reliquis quae grauiora sunt legis. iudiciū.
et misericordiam & fidem. haec oportuit
facere. et illa non omittere.

Duces caeci excolantes culicem. camelum
autem glutientes;

Vae uobis scribae & pharisaei hypocritae. qui
mundatis quod de foris est calicis & parapsidis.
Intus autem pleni sunt rapina & inmunditia.
pharisae cece. munda prius quod intus est
calicis et parapsidis. ut fiat & id quod
de foris est. mundum.

Mcccccviii.
Lxxcccviij. **V**ae uobis scribae et pharisaei hypocritae quia similes
estis sepulchris dealbatis. quae a foris parent homini
bus speciosa. Intus uero plenasunt ossibus mortuorum.
et omni spurcitia; sic & uos. a foris quidem parentis ho
minibus iusti. Intus autem pleni estis hyprocrisi et

Mcccccviii.
Lxxcxl. **V**ae uobis scribae & pharisaei hypro Iniquitate.
critae quia edificatis sepulchra prophetarum
& ornatis monumenta iustorum. & dicitis.
Si fuissetis in diebus patrum nrorum. non esse
mus socii eorum in sanguine eorum. *t. pphetarum*
Itaque testimonio estis uobis met ipsis. quia filij
estis eorum. qui prophetas occiderunt.

Mcccccviii.
Sol. **E**t uos. implete mensuram patrum uororum.
Serpentes. genimina uiperarum. quomodo
fugietis a iudicio gehennae.

Mccccl.
Lxxcxl. **I**deo ecce ego mitto ad uos prophetas & sapientes
et scribas. & ex illis occidatis. et crucifigatis. & ex
eis flagellabitis. in synagogis uris. Et psequemi
ni decuitate in ciuitatem. ut ueniat super uos
omnis sanguis iustus. qui effusus. e. sup terram:

A sanguine abel iusti. usque ad sanguinem zachariae.
 filii barachiae. quem occidistis inter templum & altare.
 Amen dico uobis. uenient haec omnia. super
 generationem istam.

XXV. IERUSALEM. IERUSALEM.

quae occidis prophetas. & lapidas eos. qui ad te missi.
 Quotiens uolui congregare filios tuos quem admo-
 dum gallina congregat pullos suos sub alas.
 & noluisti. Ecce relinquetur uobis domus ur̄a
 deserta. Dico enim uobis. Non me uidebitis
 a modo. donec dicatis. Benedictus qui uenit.
 in nomine dñi.

Et egressus ih̄s de templo. ibat. Et accesserunt
 discipuli eius. ut ostenderent ei aedificationes
 templi. Ipse autem respondens. dixit illis.
 Uidetis haec omnia. Amen dico uobis. non re-
 linquetur hic lapis super lapidem.
 qui non destruetur.

Sedente autem eo super montem oliueti. accesserunt
 ad eum discipuli secreto dicentes. Dic nobis.

quandohaec erunt. et quod signum aduentustui. &
et consummationis saeculi. & respondens ih̄s.
dixit eis. Uidete. ne quis uos seducat; multi enim
uenient in nomine meo dicentes. ego sum xp̄s.
& multos seducent. Auditturi enim estis proelia
et opiniones proeliorum. Uidete. ne turbemini.
Oportet enim haec fieri. sed nondum est finis.
Consurg& enim gens ingentem. & regnum in
regnum. et erunt pestilentiae. et fames. & ter
rae motus per loca; haec autem omnia
Inicia sunt dolorum.

*Mccxliiii
Mccxxviii.
Lxxcl
Lxxcli.
Lxxlv.* **T**unc tradent uos in tribulationem. & occident
uos. et erit as odio omnibus gentibus.
propter nomen meum.

*Mccxlv.
sol* **E**t tunc scandalizabuntur multi. & inuicem
tradent. & odio habebunt inuicem.
Et multi pseudo prophetae surgent. et sedu
cent multos; & quō abundabit iniquitas.
refrigescet caritas multorum. qui autem per
seuerauerit usque in finem. hic saluus erit;

Et praedicabitur hoc euangelium regni in uniuerso orbe. in testimonium omnibus gentibus. & tunc ueniet consummatio.

Cum ergo uideritis abominationem desolationis. quae dicta est a danihelo propheta. stantem in loco scō. qui legit. intellegat.

Tunc qui in iudaea sunt. fugiant ad montes. & qui in tecto. non descendat tollere aliquid de domo sua. & qui in agro. n̄ reuertatur tollere tunicam suam.

Vae autem pregnantibus & nutriendis. in illis diebus.

Orate autem. ut non fiat fuga ūra hieme uel sabbato.

Erit enim tunc tribulatio magna. qualis non fuit ab initio mundi usque modo. neque fiet.

Et nisi breuiati fuissent dies illi. non fieret salua omnis caro; sed propter electos. breuiabuntur dies illi.

Tunc si quis uobis dixerit. ecce hic xp̄s. aut illic. nolite credere;

M. cclviii.
M. cclviii. Surgent enim pseudo christi & pseudo prophetae.
& dabunt signa magna & prodigia. ita. ut in
errorem inducantur. si fieri potest etiam electi.
ecce praedixi uobis.

M. cclv.
M. cclv. Si ergo dixerint uobis. ecce in deserto est. noli
te exire; Ecce in penetrabilibus.
Nolite credere.

M. cclv.
Lv. cccv. Sicut enim fulgur exit a oriente. et paret
usque in occidentem. ita erit
et aduentus filii hominis;

M. cclv.
Lv. cccviii. Ubicumque fuerit corpus. illuc
congregabuntur aquilae.

M. cclviii.
M. cclv.
Lv. cclviii. Statim autem post tribulationem dierum
illorum. sol obscurabitur. et luna non
dabit lumen suum. & stellae cadent de
caelo. et uirtutes caelorum commouebunt;
Et tunc apparebit signum
filii hominis in caelo.

M. cclviii.
M. cclv.
Lv. cclviii. Et tunc plangent omnes tribus terrae.
et uidebunt filium hominis uenientem

in nubibus caeli. cum uirtute multa & maiestate.
 Et mittet angelos suos cum tuba et uoce magna.
 & congregabunt electos eius a quattuor uentis.
 a summis caelorum. usque ad terminos eorum.
 A arbore autem ficu. discite parabolam.
 Cum iam ramus eius tener fuerit. & folia nata.
 scitis quia prope est aestas. Ita et uos cum uideri
 tis haec omnia scitote. quia prope est inianuis.
 Amen dico uobis. quia non praeteribit haec gene
 ratio. donec haec omnia fiant. Caelum et ter
 ra transibunt. uerba uero mea non praeteribunt.

Die autem illa et hora nemo scit. neque an
 gelicae caelorum. nisi pater solus.

Sicut autem in diebus noe. Ita erit & aduentus
 filii hominis. Sicut enim erant ante diluuium
 comedentes & bibentes. nubentes & nuptum
 tradentes. usque ad eum diem quo introiit
 in arcam noe. et non cognouerunt donec
 uent diluuium & tulit omnes. Ita
 erit et aduentus filii hominis.

: in diebus

*Mcc lxxii
Lxxii.* **T**unc duo erunt in agro / unus assumetur. & unus
relinquetur. Duae molentes in mola / una as-
sumetur & una relinquetur. Duo in lecto. ⁴

*Mcc lxxiii
Lxxiii.* **V**igilate ergo / quia nescitis qua hora dñs ur.
uenturus sit; ⁴ unus assumet. & un' relinquet;

*Mcc lxxiiii
Lxxiiii.
Lxxv.* **I**llud autem scitote / quō si sciret pater fami-
lias qua hora fur uenturus esset / uigilaret
utique / et non sineret pfodi domum suam.
Ideo & uos estote parati / quia qua nescitis ho-
ra / filius hominis uenturus est.

*Mcc lxxv
Lxxv.* **Q**uis putas est fidelis seruus & prudens / quem
constituit dominus suus supra familiam
suam / ut det illis cibum in tempore.

*Mcc lxxvi
Lxxvi.
Lxxvii.* **B**eatus ille seruus / quem cum uenerit domi-
nus eius / inuenit sic facientem. Amen
dico uobis / quō super omnia bona sua
constituet eum.

*Mcc lxxviii
Lxxviii.* **S**i autem dixerit malus seruus ille in corde
suo / moram facit dominus meus uenire.
et coeperit percutere conseruos suos.

manducet autem et bibat cum ebriosis; Ueniet dominus serui illius in die qua non sperat. et hora qua ignorat. & diuidet eum partem que eius ponet cum hypocritis. illic erit fletus et fridor dentium.

Tunc simile erit regnum caelorum decem uirginibus. quae accipientes Lampades suas. exierunt obuiam sponso & sponsae. Quinque autem ex eis erant fatuae. & quinque prudentes. Sed quinque fatuae. acceptis lampadibus. non sumpserunt oleum secum. Prudentes uero. acceperunt oleum in uasis suis cum lampadibus; Moram autem faciente sponso. dormitauerunt omnes. et dormierunt; Media autem nocte clamor factus est. ecce sponsus uenit. exite obuiam ei. Tunc surrexerunt omnes uirgines ille. & ornauerunt lampades suas. Fatuae autem. sapientibus dixerunt. Date nobis de oleo uro. quia lampades nostrae extinguntur. Responderunt



prudentes dicentes. Ne forte. non sufficiat nobis et
uobis. Ite potius aduendentes. & emite uobis.
Dum autem irent emere. uenit sponsus. Et quae
paratae erant. intrauerunt cum eo ad nuptias. et
clausa est ianua. Nouissime uero. ueniunt & reli
quae uirgines dicentes. Dñe. dñe. aperi nobis.
At ille respondens. ait. Amen dico dico uobis.
nescio uos. Vigilate itaque. quia nescitis diem.
neque horam.

*M. cc. lxxviii.
L. ccc. lxxviii.*

Sicut enim homo peregre proficiscens. uocauit
seruos suos. & tradidit illis bona sua.

*M. cc. lxxviii.
L. ccc. lxxviii.*

Et uni dedit quinque talenta. alii autem duo.
alii uero unum. Unicuique secundum propria
uirtutem. et profectus est statim. Abiit autem
qui quinque talenta acceperat. & operatus est
in eis. & lucratus est alia quinque. Similiter
qui duo acceperat. lucratus est alia duo.
Qui autem unum acceperat. abiens fodit in
terra. & abscondit pecuniam domini sui.
Post multum uero temporis. uenit dominus.

seruatorum illorum. & posuit rationem cum eis.
 Et accedens qui quinque talenta acceperat. obtulit
 alia quinque talenta dicens. Dñe. quinque talenta
 mihi tradidisti. ecce alia quinque sup̄ lucratus sum.
 At illi dominus eius. Euge bone serue & fidelis.
 quia super pauca fuisti fidelis. super multa con-
 fituam. Intra in gaudium domini tui.
 Accessit autem & qui duo talenta acceperat. & ait.
 Dñe. duo talenta tradidisti mihi. ecce alia duo
 lucratus sum. At illi dominus eius. Euge serue
 bone et fidelis. quia super pauca fuisti fidelis.
 supra multa te confituam. Intra in gaudium.
 domini tui. Accedens autem & qui unum talen-
 tum acceperat. ait. Dñe. scio quia homo durus
 es. meti ubi non seminasti. et congregasti ubi
 non sparsisti. & timens abui. et abscondi talentum
 tuum in terra. Ecce habes quod tuum est.
 Respondens autem dominus eius. dixit ei.
 Serue male & piger. sciebas quia meto ubi non
 semino. & congrego ubi non sparsi. Oportuit

ergo te committere pecuniam meam numulariis.
et ueniens ego. recepissem utique quod meum est
cum usura. Tollite itaque ab eo talentum. et date
ei. qui habet decem talenta.

*M. cclvii.
L. cccc.*

Omnium enim habenti dabitur. et abundabit.
Et autem qui non habet. & quod uidetur habere.
auferetur ab eo.

*M. cclviii.
L. cccc.*

Et inutilem seruum. eicite in tenebras exteriores.
illic erit fletus. et stridor dentium.

*M. cclviiii.
S. l.*

Cum autem uenerit filius hominis in maiestate
sua. & omnes angeli cum eo. tunc sedebit super
sedem maiestatis suae. et congregabuntur ante
eum omnes gentes. et separabit eos ab inuicem.
sicut pastor segregat oues ab haedis.
Et statuet oues quidem ad dextris suis. haedos
autem ad sinistris. Tunc dicet rex his qui ad dex
tris eius erunt; Uenite benedicti patris mei.
possidete paratum uobis regnum. a constitu
tione mundi; Et surui enim. & dedistis mi
hi manducare; Et stui. et dedistis mihi bibere.

hospes eram. et collegistis me. Nudus. et operu-
 istis me. Infirmus. et uisitastis me. In carcere
 eram. & uenistis ad me; Tunc respondebunt ei
 iusti dicentes. Dñe. quando te uidimus esurien-
 tem. & pauum. & sitientem. et dedimus tibi potum.
 quando autem te uidimus hospitem. & collegi-
 muſte. aut nudum. & cooperuimus. aut
 quando te uidimus infirmum. aut in carcere.
 et uenimus ad te. & respondens rex. dicet illis.
 Amen dico uobis. quam diu fecistis uni de his
 fratribus meis minimis. mihi fecistis; Tunc di-
 cet & his qui a sinistris erunt; Discedite a me
 maledicti in ignem aeternum. qui paratus est
 diabolo & angelis eius. Et surui enim. & non
 dedistis mihi manducare; Sitiui. et non dedis-
 tistis mihi potum; Et hospes eram. & non collegistis
 me; Nudus. et non operuistis me. Infirmus
 & in carcere. et non uisitastis me; Tunc res-
 pondebunt ei & ipsi dicentes. Dñe. quando
 te uidimus esurientem. aut sitientem. aut

hospitem. aut nudum. aut infirmum. uel in carce
re. et non ministraui tibi. Tunc respondebit
illis dicens. Amen dico uobis. quam diu non fecistis
uni de minoribus his. nec mihi fecistis.
Et tibi hi. in supplicium aeternum. Iusti au
tem. in uitam aeternam.

XXVI
ET FACTUM EST CUM CONSUM
MISSET

IIHS sermones hos omnes. dixit discipulis suis.

Scitis quia post biduum pascha fiet. et filius
hominis tradetur. ut crucifigatur.

Tunc congregati sunt principes sacerdotum.
et seniores populi. in atrium principis sacerdo
tum. quid dicebatur cayphas. Et consilium fe
cerunt. ut ihs in dolo tenerent. & occiderent.
Dicebant autem. Non in die festo. ne forte
tumultus fieret in populo.

Cum autem esset ihs in bethania in domo simo
nis leprosi. accessit ad eum mulier. habens
alabastrum unguenti pretiosi. et effudit
super caput ipsius recumbentis. Uidentes autem

discipuli indignati sunt dicentes. Ut quid perditio
 haec. potuit enim istud uenundari multo. & dari
 pauperibus. Sciens autem ih̄s. ait illis. quid mo-
 lesta estis mulieri. opus bonum. operata est in
 me. Nam semper pauperes habetis uobiscum.
 me autem non semper habetis.

Mittens enim haec unguentum hoc in corpus meū
 ad sepeliendum me fecit. Amen dico uobis.
 ubicumque praedicatum fuerit hoc euange-
 lium in toto mundo. dicetur. & quod haec
 fecit in memoriam eius.

Tunc abiit unus de duodecim. qui dicitur iudas
 scarioth. ad principes sacerdotum. & ait illis.
 Quid uultis mihi dare. et ego uobis eum tradā.
 At illi. constituerunt ei triginta argenteos.
 Et exinde quaerebat oportunitatem. ut
 eum traderet. Prima autem azimorum.
 accesserunt discipuli ad ih̄m dicentes. Ubi
 uis paremus tibi comedere pascha. At ih̄s dixit.
 Ite in ciuitatem ad quendam. et dicite ei.

Magister dicit. tempus meum prope est. apud
te facio pascha cum discipulis meis. Et fecerunt
discipuli sicut conseruit illis ih̄s. et paraue-
runt pascha. Uespere autem facto. discum
bebat cum duodecim discipulis suis.

*Matheo. xxviii.
Lxxviii.
Lxxviii.*

Et edentibus illis. dixit. Amen dico uobis. quia
unus uestrum me traditurus est.

*Matheo. xxviii.
Lxxviii.
Lxxviii.*

Et contristati ualde. coeperunt singuli dicere.
Numquid ego sum dñe.

*Matheo. xxviii.
Lxxviii.
Lxxviii.*

At ipse respondens ait. qui intingit mecum
manum in parapside. hic me tradet.
Filius quidem hominis uadit. sicut
scriptum est de illo.

*Matheo. xxviii.
Lxxviii.*

Vae autem homini illi. per quem filius homi-
nis tradetur; bonum erat ei. si natus
non fuisset homo ille.

*Matheo. xxviii.
Lxxviii.*

Respondens autem iudas qui tradidit eum.
dixit. Numquid ego sum rabbi.
ait illi. Tu dixisti.

*Matheo. xxviii.
Lxxviii.
Lxxviii.*

Cænantibus autem eis. accepit ih̄s panem.

et benedixit ac fregit. deditque discipulis suis.
 et ait. Accipite & comedite. hoc est corpus meum.
 Et accipiens calicem. gratias egit. et dedit illis
 dicens. Bibite ex hoc omnes. Hic est enim sanguis
 meus novi testamenti. qui pro multis effundetur
 in remissionem peccatorum. Dico autem uob.
 Non bibam a modo de hoc genimine utis. usque
 in diem illum. cum illud bibam uobiscum nouum
 in regno patris mei.

Et hymno dicto. exierunt in montem oliueti.

TUNC DICIT ILLIS IHS. **O**MS UOS
 scandalum patiemini in me. in ista nocte

Scriptum est enim. percutiam pastorem.
 et dispergentur oues gregis.

Postquam autem resurrexero. praecedam
 uos in galilaeam.

Respondens autem petrus. ait illi. Et si omnes
 scandalizati fuerint in te. ego. nunquam
 scandalizabor. Ait illi IHS. Amen dico tibi.
 quia in hac nocte antequam gallus cantet.

ter me negabis.

M cccc.
M c lxxi. **A**t illi petrus. Etiam si oportuerit me mori
tecum. non tenebabo. Similiter et omnes
discipuli dixerunt.

M cccc.
M c lxxii.
Lxxccc.
lo c lvi. **T**unc uenit ih̄s cum illis in uillam quae
dicitur gethsemani.

M cccc.
M c lxxiii. **E**t dixit discipulis suis. Sedete hic. donec ueniam
ad illuc. et orem. Et assumpto petro. et
duobus filiis zebedaei. coepit contristari.
et mestus esse.

M cccc.
M c lxxiiii.
lo c lvii. **T**unc ait illis. Tristis est anima mea. usque
ad mortem. Sufanete hic.
et uigilate mecum.

M cccc.
M c lxxv.
Lxxccc.
lo c lviii. **E**t progressus pusillum. prociat in faciem
suam. orans et dicens; mi pater. si possibi
le est. transeat a me calix iste.

M cccc.
M c lxxvi.
Lxxccc.
lo c lviii. **V**erumtamen. non sicut ego uolo.
sed sicut tu.

M cccc.
M c lxxvii.
Lxxccc.
7 c lxxviii. **E**t uenit ad discipulos. et inuenit eos dormi
entes. & dicit petro. Sic non potuisti una

hora uigilare mecum. uigilate. et orate. ut
non intretis in temptationem.

Spiritus quidem promptus est. caro autem infirma.

Iterum secundo abiit. & orauit dicens.

pater mi. si non potest hic calix transire nisi
bibam illum. fiat uoluntas tua; & uenit iterum
et inuenit eos dormientes. Erant enim oculi
eorum grauari; & relictis illis. iterum abiit.

& orauit tertio eundem sermonem dicens.

Tunc uenit ad discipulos suos. & dicit illis.

Dormite iam. et requiescite. Ecce appropin-
quabit hora. et filius hominis tradetur in ma-
nus peccatorum. Surgite. eamus. Ecce ap-
propinquabit. qui me tradet.

Adhuc ipso loquente. ecce iudas unus de duode-
cim uenit. & cum eo turba multa. cum gladiis
et fustibus. missi a principibus sacerdotum.
& senioribus populi.

Qui autem tradidit eum. dedit illis signum
dicens. Quemcumque osculatus fuero. ipse.

est. tenete eum. Et confestim accedens ad ihm.
dixit. Ave rabbi. & osculatus est eum.
Dixit que illi ihs. Amice. ad quod uenisti.
Tunc accesserunt. & manus iniecerunt in ihm.
et tenuerunt eum.

*Mccciii.
Mclxxxviii.
Lxxlxxxviii.
Lc lxx*

Et ecce unus ex his qui erant cum ihu. extendens
manum exemit gladium suum. et percussit
ens seruum principis sacerdotum. amputauit
auriculam eius.

*Mccciii.
Sol.*

Tunc ait illi ihs. Conuerte gladium tuum
in locum suum. Omnes enim qui acceperint
gladium. gladio peribunt; An putas. quia
non possum rogare patrem meum. & exhibe
bit mihi modo plusquam duodecim legiones
angelorum. quomodo ergo implebuntur
scripturae. quia sic oportet fieri.

*Mccciii.
Mclxxxviii.
Lxxlxxxviii.
Lc lxx*

In illa hora dixit ihs turbis. Tamquam ad la
tronem existis cum gladis & fustibus com
prehendere me. cotidie apud uos sedebam
docens in templo. et non me tenuistis.

hoc autem totum factum est. ut implerentur
scripturae prophetarum. Tunc discipuli
omnes. relicto eo. fugerunt.

At illi tenentes ih̄m. duxerunt ad caȳphan
principem sacerdotum. ubi scribae
et seniores conuenerant.

Petrus autem. sequebatur eum a longe.
usque in atrium principis sacerdotum.
Et ingressus intro. sedebat cū ministris.
ut uideret finem.

Principes autem sacerdotum. & omne conciliū.
quaerebant falsum testimonium contra
ih̄m. ut eum morti traderent.

Et non inuenerunt. cum multi falsi
testes accessissent;

Nouissime autem. uenerunt duo falsi testes.
et dixerunt. Hic dixit. possum destruere
templum dī. et post triduum reaedificare
illud; & surgens princeps sacerdotum. ait
illi. Nihil respondes ad ea quae ista aduersū

te testificantur. & ih̄s autem tacebat; & princeps sacerdotum. ait illi. Adiuro te per d̄m uiuum. ut dicas nobis. si tu es xp̄s filius d̄i. dicit illi ih̄s. Tu dixisti.

*M cccx
M cccxi
Lxx cccviii
Lxxviii.*
Verumtamen. dico uobis. A modo uidebitis filium hominis sedentem ad dextris uirtutis. et uenientem in nubibus caeli.

*M cccxi.
M cccxii.*
Tunc princeps sacerdotum: sudat uestimenta sua dicens. blasphema uit. quid adhuc egemus testibus.

*M cccxii.
M cccxiii.
Lxx cccviii.*
Ecce nunc audistis blasphemiam. Quid uobis uidetur. & illi. respondentes dixerunt. Reus est mortis.

*M cccxiii.
M cccxiv.
Lxx cccviii.
Lxxviii.*
Tunc expuerunt in faciem eius. & colaphis eum ceciderunt. Alii autem. palmas in faciem ei dederunt dicentes. prophetaza nobis xp̄e. quis est qui te percussit.

*M cccxiv.
M cccv.
Lxx cccviii.
Lxxviii.*
Petrus uero. sedebat foris in atrio; & accessit ad eum una ancilla dicens. Et tu cum ih̄u galileo eras; at ille. negauit coram omnibus. dicens. Nescio quid dicis.

Ex eunte autem illo ianuam. uidit eum alia ancilla.
 & ait his qui erant ibi. & hic erat cum ihu nazareno.
 Et iterum negauit cum iuramento. quia non no ui
 hominem. & post pusillum. accesserunt qui stabant.
 et dixerunt petro. Uere. & tu ex illis es. Nam et loq
 latua manifestum te facit. Tunc coepit detestari &
 iurare. quia non no uisset hominem.
 Et continuo. gallus cantauit.

Et recordatus est petrus uerbu ihu quod dixerat.
 priusquam gallus cantet. ter me negabis.
 & egressus foras. fleuit amare.

Mane autem facto. consilium inierunt omnes
 principes sacerdotum. & seniores populi aduer
 sus ihm. ut eum morti traderent.

Et uinctum adduxerunt eum. & tradiderunt
 pontio pylato praesidi.

Tunc uidens iudas qui eum tradidit quod damna
 tus esset. paenitentia ductus. retulit triginta
 argenteos principibus sacerdotum. et seniorib.
 dicens. Peccaui. tradens sanguinem iustum.

At illi dixerunt. quid ad nos. & tu uideris. Et proiecit
eis argenteis in templo. recessit; & abiens. laqueo
se suspendit. Principes autem sacerdotum acceptis
argenteis. dixerunt. Non licet mittere eos in corbanam.
quia pretium sanguinis est. Consilio autem in toto.
emerunt ex illis agrum figuli. In sepulturam peregrinorum.
Propter hoc uocatus est ager ille acheldemach.
hoc est ager sanguinis. usque in hodiernum
diem. Tunc impletum est. quod dictum est per hiero-
miam prophetam dicentem. Et acceperunt trigi-
nta argenteos. pretium appretiatum. quem appretia-
uerunt a filiis israhel. et dederunt eos in agrum figu-
li. sicut constituit mihi dñs.

*Mccc. xcc.
M. lxx.
Lxxvii
Lo. clxxxviii*

Ihs autem stetit ante praesidem. & interroga-
uit eum praeses dicens. Tu es rex iudeorum.
dicit illi ihs. Tu dicis.

*Mccc. xcc.
M. lxx.
Lxxviii
7. clxxxviii*

Et cum accusaretur a principibus sacerdotum
et senioribus. nihil respondit. Tunc dicit illi
pylatus. Non audis quanta aduersum te dicunt
testimonia. & non respondit ei ad ullum uerbum.

ita ut miraretur praeses uehementer.

Per diem autem sollempnem. consueuerat praeses
dimittere populo. unum uinctum quem uoluisset.

Habebat autem tunc uinctum insignem. qui dice-
batur barabbas. Congregatis ergo illis. dixit
pylatus. Quem uultis dimittam uobis. barabban.
an ihm qui dicitur xps. sciebat enim. quod per
inuidiam tradidissent eum.

Sedente autem illo pro tribunali. misit ad eum
uxor eius dicens. Nihil tibi. & iusto illi. Multa enim
passus sum hodie per uisum. propter eum.

Principes autem sacerdotum & seniores. per suaserunt
populis ut peterent barabban. ihm uero perderent.
Respondens autem praeses. ait illis. Quae uultis
uobis de duobus dimitti. At illi dixerunt barabban.

Dicit illis pylatus. Quid igitur faciam de ihm qui
dicitur xps. dicunt omnes. crucifigatur.

Ait illis praeses. quid enim malifecit. At illi
magis clamabant dicentes. Crucifigatur.

Videns autem pylatus quia nihil proficeret. sed

magistru multus fieret. accepta aqua. lauit manus
coram populo dicens. Innocens ego sum a sangui
ne iusti huius. uos uidertis. & respondens uniuersis
populus. dixit. Sanguis eius super nos. et super
filios nostros.

*MCCCXXXIII
MCCCXXXIIII
LXXXXIIII
LXXXXIIII*
Tunc dimisit illis barabban. Iesum autem flagellatum
tradidit eis. ut crucifigeretur.

*MCCCXXXIII
MCCCXXXIIII
LXXXXIIII
LXXXXIIII*
XXVIII
Tunc milites praestolis suscipi

entes Iesum in praetorio. congregauerunt ad
eum uniuersam cohortem; & exuentes eum.
chlamidem coccineam circum dederunt ei.
Et plectentes coronam de spinis. posuerunt super
caput eius. et arundinem in dextera eius; & genu
flexo ante eum. illudebant dicentes; Aue.
rex iudaeorum.

*MCCCXXXIII
MCCCXXXIIII
LXXXXIIII
LXXXXIIII*
Et exuentes in eum. acceperunt arundinem.
et percutiebant caput eius. Et postquam illu
serunt ei. exuerunt eum chlamide. et induerunt
eum uestimentis eius. et duxerunt eum
ut crucifigerent.

Ex euntes autem. in uenerunt hominem cⁱreneum no-
mine symonem. hunc angariauerunt.
ut tolleret crucem eius.

Et uenerunt in locum qui dicit^r golgotha. quod est
caluariae locus.

Et dederunt ei uinum bibere. cum felle mixtum.
& cum gustasset. noluit bibere.

Postquam autem crucifixerunt eum. diuiserunt
uestimenta eius. sortem mittentes.

Et sedentes. seruabant eum.

Et imposuerunt super caput eius. causam ipsius
scriptam. hic est ihs. rex iudaeorum.

Tunc crucifixi sunt cum eo duo latrones. unus
adextris. & unus a sinistris.

Praetereuntes autem. blasphemabant eum.
mouentes capita sua & dicentes. Uah. qui destruit
templum di. & in tri duo illud re aedificat.
salua te met ipsum. Si filius di es. descende de cruce.

Similiter & principes sacerdotum illudentes cum
scribis et senioribus. dicebant. Alios saluos fecit.

seipsum non potest saluum facere. si rex israel
est. descendat nunc de cruce. & credimus ei.
Confidit in dō. liberet nunc eum si uult. dixit
enim. quia dī filius sum.

*Mccc xxxviii
Mccc xxxviii
Lccc xxxv* **I**ndipsum autem. & latrones qui crucifixi erant
cum eo. Improperabant ei.

*Mccc xl
Mccc xl
Lccc xxxvii* **A**s sexta autem hora tenebrae factae sunt super
uniuersam terram. usque ad horam nonam.

*Mccc xli
Mccc xli
Lccc xxxvi* **E**t circa horam nonam. clamauit ih̄s uocem mag
na dicens. Heli. heli. Lama zaphani. hoc est
d̄s meus. d̄s meus. ut quid dereliquisti me.
quidam autem illic stantes & audientes. dice
bant. Heliam uocat iste.

*Mccc xlii
Mccc xlii
Lccc xxxv* **E**t continuo currens unus ex eis. acceptam spongiā
impleuit aceto. et imposuit arundini.
et dabat ei bibere.

*Mccc xliii
Mccc xliii
Lccc xxxiiii* **C**aeteri uero. dicebant; Sine. uideamus an ueni
at helias liberans eum. ih̄s autem. iterum cla
mans uoce magna. emisit sp̄m.

*Mccc xliiiii
Mccc xliiiii
Lccc xxxiiii* **E**t ecce uelum templi fissum est in duas partes.

asummo.usque deorsum.

Et terra mota est. et petrae scissae sunt. et monu-
menta aperta sunt. & multa corpora scōrum.
qui dormierant surrexerunt. Et exeuntes demo-
numental post resurrectionem eius. uenerunt
in scām ciuitatem. & apparuerunt multis.

Centurio autem. & qui cum eo erant custodientes
ih̄m. uisoterrae motu. & his quae fiebant. timu-
erunt ualde. dicentes. Uere. dī filius erat iste.

Erant autem ibi mulieres multae a longe. quae
secutae erant ih̄m a galilaea. ministrantes ei.
Inter quas erat maria magdalena. & maria iaco-
bi. & ioseph mater. & mater filiorū zebedaei.

Cum autem sero factum esset. uenit quidam ho-
mo diues ab arimathia. nomine ioseph. qui et
ipse discipulus erat ih̄u. Hic accessit ad p̄yla-
tum. & petit corpus ih̄u. Tunc p̄ylatus.
iussit reddi corpus.

Et accepto corpore ioseph. in uoluit illud in sin-
done munda. & posuit illud in monumento

suono uo. quod exciderat in petra; & aduoluit
saxum magnum ad ostium monumenti. & abiit.

Mat. 28. 1. 2.
Erat autem ibi maria magdalena et altera maria
sedentes contra sepulchrum:

Mat. 28. 3. 4.
Altera autem die. quae est post parasceuen.
conuenerunt principes sacerdotum & phari
saei ad pylatum. dicentes; Domine. recordati
sumus. quia seductor ille dixit adhuc uiuens.
post tres dies resurgam. lube ergo custodiri
sepulchrum. usque in diem tertium.
Ne forte ueniant discipuli eius et furentur
eum. et dicant plebi. surrexit a mortuis.
Et tunc nouissimus error. peior priore.
At illi pylatus. Habetis custodiam. tte.
custodite sicut scitis. Illi autem abeuntes.
munierunt sepulchrum. Signantes
lapidem. cum custodibus.

Mat. 28. 5. 6.
Vespere autem sabbati quae lucescit in prima^{die}
sabbati. uenit maria magdalena. & altera
maria. uidere sepulchrum.

Et ecce terrae motus factus est magnus. Angelus enim
 domini descendit de caelo. & accedens reuoluit lapide.
 et sedebat super eum. Erat autem aspectus eius
 sicut fulgur. & uestimentum eius sicut nix.
 Pro timore autem eius ex terris sunt custodes.
 et facti sunt uelut mortui.

Respondens autem angelus. dixit mulieribus.
 Nolite timere uos; Scio enim. quod inquit qui cruci
 fixus est queritis. Non est hic. Surrexit enim.
 sicut dixit. Uenite & uidete locum. ubi positus
 erat dominus. Et cito euntes dicite discipulis eius. quia
 surrexit; Et ecce praecedit uos in galilaeam.
 Ibi eum uidebitis. ecce dixi uobis.

Et exierunt cito de monumento. cum timore &
 gaudio magno currentes. nuntiare discipulis eius.
Et ecce ihesus occurrit illis dicens. A uete. Ille autem
 accesserunt & tenuerunt pedes eius. et adora
 uerunt eum. Tunc ait illis ihesus. Nolite timere;
 Ite nuntiate fratribus meis. ut eant in galilae
 am. ibi me uidebunt. Quaecumque abissent. ecce

12
quidam decubito diebus uenerunt in ciuitatem.
et nuntiauerunt principibus sacerdotum.
omnia quae facta fuerant. Et congrega-
ti cum senioribus. consilio accepto. pecuniā
copiosam dederunt militibus dicentes.
Dicite. quia discipuli eius nocte uenerunt.
et furati sunt eum nobis dormientibus.
Et si hoc auditum fuerit a praeside. nos sua
debimus ei. et securos uos faciemus. At illi
accepta pecunia. fecerunt sicut erant docti.
Et diuulgatum est uerbum istud apud iu-
daeos. usque in hodiernum diem;

Vndecim autem discipuli abierunt in gali-
leam. in montem ubi constituerat illis ih̄s.
Et uidentes eum. adorauerunt. quidam
autem. dubitauerunt. Et accedens ih̄s. lo-
cutus est eis dicens. Data est mihi omnis po-
testas. in caelo et in terra. Euntes ergo do-
cete omnes gentes. baptizantes eos in nomi-
ne patris. & filii. et sp̄s sc̄i; Docentes eos ser-

uare omnia quaecumque mandavi uobis.
 Et ecce ego uobiscum sum omnibus diebus.
 usque ad consummationem saeculi.

INCIPIT ARGUMENTUM

Marcus euangelista dñi & petri in baptismo filius. atque in diuino sermone discipulus. sacerdotium in israhel agens. secundum carnem leuita. conuersus ad fidem xp̄i. euangelium in italia scripsit. Ostendens in eo quid & generis suo deberet & xp̄o. Nam in initium principii in uoce propheticæ exclamationis in fituens. ordinem laeuiticæ electionis ostendit. ut prædicans prædestinatum iohannem filium zachariae. In uoce angeli annuntiantis emissum. non solum uerbum caro factum. sed corpus dñi in omnem per uerbum diuine uocis animatum. In initio euangelicæ prædicationis ostenderet. ut qui hæc legens sciret cui initium carnis in dño & ih̄u aduenientis habitaculum caro deberet agnoscere. atq. in se uerbum uocis. quod in sonantibus prædiderat inueniret. Deniq. & p̄fecti euangelii opus intrans & a baptismo dñi prædicare

dñm inchoans. Non laborauit natiuitatem carnis
 quam in prioribus uiderat dicere. sed totus in pri
 mis expositionem deserti. Ieiunium numeri. temp
 tationem diaboli. congregationem bestiarum. &
 ministerium protulit angelorum. ut instituens
 nos ad intellegendum. singula in breui compingens.
 nec auctoritatem factę rei demeret. & p̄ficiendi
 operis plenitudinem non negaret. Deniq; ampu
 tasse sibi post fidem pollicem dicitur. ut sacerdo
 tio reprobis haberetur, sed tantum consentiens
 fidei p̄ædestinata potuit electio. ut nec sic in ope
 re uerbi p̄deret. quod prius meruerat in genere.
 Nam alexandriae ep̄s fuit. cuius p̄ singula opus
 scire. & euangelium in se dicta disponere. & discipli
 nam in se legis agnoscere. et diuinam in carne
 dñm intellegere naturam. que in nos primū req̄ri.
 dehinc inquisita uolumus agnosci. Habentes mer
 cedem exhortationis. quō qui plantat & q̄ rigat
 unum sunt. qui autem incrementum praestat
 d̄s est. **EXPLICIT ARGUMENTŪ**

I. **O** iohanne baptista & uictu & habitu eius. **INCIPIT BRE**

De baptismo inu & temptatione eius. petrum **UIARIUM**

Andream iacobum & iohannem sequi iubet. De homine q̄ spiritū
Immundum habuit sanato.

II. **O** esocru petri a febris liberata & alus multis quos ih̄e saluauit.

De leproso. de paralytico. iacobum alpheu sequi iubet. Apud quem cum
publicanis conuiuat murmurantib. iudeis dicit. N̄ eē opus sanis medicū.

De ieiunio discipulorum & filio sponsi & de tribus & de uino.

III. **O** espicis quas discipuli uellebant. De eo q̄ manum arida habuit. & ubi dae

mones in̄m confiterent̄. Duodecim ap̄torum electio. De beelzebub princi

pe demoniorum & fortiore ligando. & peccata in sp̄u sc̄o si remittit.

IIII. **O** ematre & fr̄ib. eius. De parabola seminat̄is. Lucernā sub modio. De bona

mensura. De parabola herbae & spicae et plenum fructum. De synapis
grano. Ubi nauis dormit. et exurgens tempestati imperat.

& de daemone cui nomen legio fuit.

V. **A**rchisynagogi filiam dum iret resuscitare. mulierem a profluuio

sanguinis liberat. puellam suscitāt, prophetam in patria sua sine hono

re eē. Duodecim discipulis p̄cepta dat. & praemittit eos. De capite iohann̄.

VI. **R**egressi ap̄ti ad in̄m. De quinq. panib. & duob. piscib. Ihs ambulans supra

mare uenit ad discipulos. De diuersis languorib. sanatis & manibus. et q̄d

si quis intrant in hominem coinquinant hominem.

II Defilia siron phinissae a daemone saluata ubi surdum & mutum curauit.

De septem panibus in quattuor milia hominum. pharisaeis querentibus ab eo signum. monet cauere a sermone phariseorum & herodianorum.

De sputo cecorum aperuit. petrus confitetur ipsum esse xpm. & eidem petro dicit satanas ac negantem se negaturum. & quosdam si uisuros mortem nisi uiderint regnum di. In monte cum moysi & helia colloquitur.

Unde descendens. interrogatus de heliae aduentu dicit eum uenturum. sed etiam uenisse, si eici posse spiritum im mundum. nisi per orationem & ieiunium.

III Ut quilibet primus esse fiat nouissimus. & si esse prohibendum quod in nomine eius. facit uisum. & de calice aquae frigidae. ac oculo & manu & pede eruendo. et bonum est sal. uxorem non debere dimitti. In fantes si arguendos. uenditis omnibus elemosinam danda. & difficile diuitem

III Quae eorum uentura praedicit. De filio trare in regnum di.

zebedaei. de ceco mendicante curato. de pullo asinae. de numularius exemplo eiectionis. De ficulnea quae a refecta est. De peccatis fratrum remittendis.


Interrogatus in qua potestate haec faceret. De iohannis baptismo interrogat. parabola de uinea & colonis. De denario cesaris. de muliere quae septem fratres habuit. & scribae dicit non longe a regno di. Atque interrogat quando dicitur xpc filius da. Monet cauendum a scribis. de uidua & gazophy

latio. de templi structura.

XI **O** pseudo christus. & passione martyrum. et commotione saeculi. & aduentu xpi. De arbore ficus parabolam. et quod diem iudicii nemo sciat. propter quod docet uigilandum.


XII **O** unguento supra caput ihu effuso. iudas sacerdotibus dnm proder. Apparatus paschae dñs dicit. Ab uno eorum se traden du oblatio. petro praedicit negaturum. orationes ihu. traditio iude iudxis.

XIII **P** rincipes interrogant ihm & condemnant eum. petrus tertio negat. Ihc pylato tradit. pylatus dimisso barabba. ihm flagellatum. crucifigendum tradit. Passio ihu & sepultura et resurrectio eius ex mortuis. Post resurrectionem mandata et ascensio eius in caelis.



otione facie
iem iudicior
us dñm pro
den dñi ob
tio iudic
etrus
ba: iud
pulum
randat









sicut scriptum est in esaiâ propheta; Ecce ego
mitto angelum meum ante faciem tuam.
qui preparabit uiam tuam;

Vox clamantis in deserto. parate uiam dñi. rectas
facite semitas eius.

Fuit iohannes in deserto baptizans et predicans
baptismum penitentiae. in remissionem peccatorum.
Et exgredebatur ad illum omnis iudee regio. et
hierosolymite uniuersi. et baptizabantur ab
illo in iordane flumine. confitentes peccata sua.

I Et erat iohannes uestitus pilis
cameli. et coram pellicia circa lumbos eius. Eolo
cistas et mel siluestre edebat. et predicabat dicens.
Uenit fortior me post me. cuius non sum dignus
pro cumbens soluere corrigiam calciamentorum
eius. Ego baptizauos aqua. ille uero baptiza
bit uos spiritu sancto.

Et factum est in diebus illis. uenit ih̄s nazareth
galilee. et baptizatus est in iordane a iohanne.
Et statim ascendens de aqua. uidit apertos celos.

et sp̄m̄ tamquam columbam descendentem. et
manentem in ipso. Et uox facta est de celis.

Tu es filius meus dilectus. in te complacui.

^{Num}
^{lxxv}
lxxv

Et statim sp̄s expulit eum in desertum. Et erit
in deserto quadraginta diebus. et quadraginta
nocibus. et temptabatur a satana.

^{Num}
^{lxxvi}
lxxvi

Eratq; cum bestiis. et angeli ministrabant illi.

^{Num}
^{lxxvii}
lxxvii

Postquam autem traditus est iohannes. uenit
ih̄s in galileam.

^{Num}
^{lxxviii}
lxxviii

Predicans euangelium regni d̄i et dicens. quō
impletum est tempus. et appropinquabit
regnum d̄i. penitemini. et credite euangelio.
Et preteriens secus mare galilee. uidit symo-
nem et andream fratrem eius. mittentes retia
in mare. Erant enim piscatores.

^{Num}
^{lxxix}
lxxix

Et dixit eis ih̄s. Uenite post me. et faciam uos
fieri piscatores hominum. Et protinus relictis
retibus. secuti sunt eum.

^{Num}
^{lxxx}
lxxx

Et progressus inde pusillum. uidit iacobum et
bede. et iohannem fratrem eius. et ipsos in nau


componentes rētia. et statim uocauit illos. Et relicto patre suo tebedeo in nauicū mercennarius. secuti sunt eum.

Et ingrediuntur capharnaum. et statim sabbatis ingressus in synagogam docebat eos.

Et stupebant super doctrina eius. Erat enim docens eos quasi potestatem habens. et non sicut scribe.

Et erat in synagoga eorum homo in spū immundo. et exclamauit dicens. Quid nobis et tibi hūnaxare ne. uenisti perdere nos. scio quis sis dī. Et comminatus est ei hīs dicens. Ommutesce. et exide homine. Et discerpens eum spiritus immundus. et exclamans uoce magna exiit ab eo. Et mirati sunt omnes. ita ut conquirerent inter se dicentes. Quidnam est hoc. que doctrina hec noua. quia in potestate et spī tibus immundis imperat. et oboediunt ei. Et processit rumor eius statim. in omnem regionem galileæ.

ET PROTINUS ECREDIENTES de synagoga uenerunt in domum symonis. et



andree. cum iacobo. et iohanne ; Decumbebat autē
socrus symonis febricitās. et statim dicunt ei de illa.
Et accedens deiciuit eam. apprehensa manu eius. et
continuo dimisit eam febris. et ministrabat eis. Uespe
re autem facto. cum occidisset sol. Afferebant ad eum
omnes male habentes. et demonia habentes. Et erat
omnis ciuitas congregata ad ianuam. et curauit mul
tos. qui uexabantur uariis languoribus.
et demonia multa eiciebat.

^{Nlxvii}
^{liii}
Lxxvii **E**t non sinebat loqui ea. quō sciebant eum.

^{Nlxviii}
^{liii}
Lxxviii **E**t diluculo ualde surgens. egressus abiit in desertū
locum. ibiq. orabat. Et persecutus est eum symon.
et qui cum illo erant. Et cum inuenissent eum dixe
runt ei. quia omnes querunt te. Et ait illis. Camus
in proximo si uicos et ciuitates ut et tibi predicem. ad
hoc enim ueni. Et erat predicans in synagogis eorū.
et omni galilea. et demonia eiciens.

^{Nlxviiii}
^{liii}
Lxxviiii **E**t uenit ad eum leprosus deprecans eum. et genu flexo
dixit. si uis. potes me mundare. Ihs autem misertus
eius extendens manum suam. et tangens eum. ait illi.

Uolo mundare. Et cum dixisset. statim
discessit ab eo lepra et mundatus est. et commi-
natus est ei. Statimq. cecit illum. et dixit ei.
Uide nemini dixeris. sed uade ostende te princi-
pi sacerdotum. et offeret pro mundatione tua.
que precepit moyses. in testimonium illis.

X Et ille egressus coepit predicare et diffamare
sermonem. ita ut iam non possit manifeste
in ciuitatem introire. sed foris in desertis locis
esse. Et conueniebant ad eum undique.

LXXX
LXX
LXXXVII
LXXXVIII
Et iterum intrauit in capharnaum post dies.
et auditum est quod in domo eorum. Et conuene-
runt multi. ita ut non caperet. neq. ad uaniam. et
loquebatur eis uerbum. Et uenerunt ferentes ad
eum paralyticum. qui a quatuor portabatur.
Et cum non possent offerre eum illi pro turba. nu-
dauerunt tectum ubi erat. et patefacientes. sum-
miserunt et abatum in quo paralyticus iacebat.
Cum uidisset autem in his fide millorum. ait pa-
ralytico. fili. dimittantur tibi peccata.

Erant autem illic quidam de scribis sedentes
et cogitantes in cordibus suis. Quid hic sic lo-
quitur. blasphemat. quis potest dimittere
peccata nisi solus deus. quo statim cognito ih̄s
sp̄s suo. quia sic cogitarent in tra se. dicit illis.
quid ista cogitatis in cordibus ur̄is. quid est
facilius dicere paralytico. dimittantur tibi pec-
cata. aut dicere. surge tolle grabatum tuum et am-
bula. Ut autem sciatis quia potestatem habet
filius hominis in terra dimittere peccata. ait
paralytico. Tibi dico. surge tolle grabatum
tuum et uade in domum tuam. Et statim ille
surrexit. Et sublato grabato. abiit coram om-
nibus. ita ut admirarentur omnes. et honorifi-
carent d̄m dicentes. quia nunquam sic uidimus.


^{MLXXI}
^{MLXXI}
^{LXXXIII} **E**t egressus est rursus ad mare. omnisq. turba
ueniebat ad eum. et docebat eos. Et cum preteriret.
uidit leui alphaei sedentem ad teloneum. et ait

^{MLXXII}
^{MLXXII}
^{LXXXIII}
^{ccLXXXII} **E**t sequere me. Et surgens. secutus est eum.
Et factum est cum accumberet in domo illius.

multi publicani et peccatores. simul discumbebant
cum ih̄u. et discipulis eius; Erant enim multi. qui
et sequebantur eum; Et scrib̄ et pharisei uiden-
tes quia manducaret cum publicanis et peccatorib.
dicebant discipulis eius. Quare cum publicanis
et peccatoribus manducat et bibit.

^{lxiii}
^{lxiiii}
^{xl} **H**oc audito ih̄s. ait illis. Non necesse habent sani
medico. sed qui male habent. Non enim ueni uo-
care iustos. sed peccatores; Et erant discipuli io-
hannis et pharisei ieiunantes. et ueniunt et dicunt
illi. Quare discipuli iohannis et phariseorum ie-
iunant. tui autem discipuli non ieiunant. Et ait
illis ih̄s. Numquid possunt filii nuptiarum.
quamdiu sponsus cum illis est ieiunare. Quanto
tempore habent secum sponsum. non possunt ieiu-
nare; Uenient autem dies. cum auferetur ab eis
sponsus. et tunc ieiunabunt in illis diebus. Nemo
assumentum panni rudis assuit uestimento ueteri.
Alioquin. auferet supplementum nouum a uetere.
et maior scissura fit. Et nemo mittit uinum nouū

in utres ueteres. alioquin dirumpit uinum utres.
et uinum effundetur. et utres peribunt. sed uinum
nouum. in utres nouos mita debet.



ET FACTUM EST ITERUM

cum sabbatis ambularet per sata & discipuli
 eius coeperunt praegredi et uellere spicas.
 Pharisei autem dicebant ei: Ecce quid fa-
 ciunt sabbatis quod non licet; & ait illis:
 Numquam legis quid fecerit dauid. quan-
 do necessitatem habuit. et esuruit ipse et
 quicum eo erant. quomodo introit in do-
 mum dei sub abiathar principe sacerdotu.
 et panes propositionis manducauit. quos
 non licebat manducare. nisi sacerdotibus.
 et dedit eis quicum eo erant.

Et dicebat eis. sabbatum propter hominem
 factum est. et non homo propter sabbatu.
 Itaque dñs est filius hominis. etiam sab-
 bati; & introit iterum in synagogam. &
 erat ibi homo habens manum aridam.
 Et obseruabant eum si sabbatis curaret. ut
 accusarent illum; & ait homini habenti ma-
 num aridam. surge in medium. Et dixit eis.



licet sabbatis benefacere: an male. animam
saluam facere. an perdere. & at illi tacebat.
Et circumspiciens eos cum ira contristatus
super cecitate cordis eorum. dicit homini
extende manum tuam; & extendit. et
refutata est manus illi.

8
62xxvi
1111
62xxvii
10xxiii
7xxv

Ex euntes autem statim pharisaei cum hero
dianis consilium faciebant aduersus eum.
quomodo eum perderent; & ihs cum disci
pulis suis secessit ad mare.

8
62xxviii
1111
62xxix
10xxlii
7xxvi

Et multa turba a galilea & iudaea secuta est
eum. & ab ierosolymis. et ab iudaea. & trans
iordanen. & qui circa tyrum et sidonem multi
tudo magna audientes quae faciebat. ue
nerunt ad eum. & dixit discipulis suis. ut
naucula sibi deseruiret propter turbam.
ne comprimerent eum. multos enim sana
bat. ita ut irruerent in eum. ut illum tan
gerent. quot quot habebant plagas;
& spiritus immundi cum illum uidebant.

pro cidebant ei.

Et clamabant dicentes; Tu es filius dī; & uehem
ter comminabatur eis. ne manifestarent illum.

Et ascendens in montem. uocauit ad se. quos
uoluit ipse. et uenerunt ad eum. & fecit ut
essent duo decim cum illo. et ut mitteret eos
praedicare; Et dedit illis potestatem curandi
infirmos. & eiciendi daemona.

Et inposuit simoni nomen petrus. & iacobum
zebedaei. et iohannem fratrem iacobi. et in
posuit eis nomina ^{†. boanerges} banerehem. quod est filii
tonitruī. & andream. et philippum. & bartho
lomeum. et mattheum. & thomam. et iaco
bum alphet. & taddeum. et simonem cananeū.
& iudam scarioth. qui tradidit illum.

Et ueniunt ad domum. & conuenit iterum
turba. ita ut non possent neque panem man
ducare. & cum audissent sui. exierunt tenere
eum. Dicebant enim. quō in furorem uersus est.

Et scribae qui ab hierosolymis descenderant. di

cebant. quō beelzebub habet. et quia in principe
daemoniorum. eicit daemonia.

8
mxxviii
II
7
cxxxii
Lx cxxxiiii

Et conuocatis eis. in parabolis dicebat illis.
Quomodo potest satanas satanam eicere. & si
regnum in se diuidatur. non potest stare
regnum illud. & si domus super semet ipsam
dispertatur. non poterit domus illa stare.
Et si satanas consurrexerit in semet ipsum.
dispertitus est. & non poterit stare. sed finem
habet. Nemo potest uasa fortis ingressus in
domum diripere. nisi prius fortem alliget.
& tunc domum eius diripiet.

8
mxxviiii
II
7
cxxxiii
Lx cxxxv

Amen dico uobis. quō omnia dimittentur fili
is hominum peccata et blasphemiae. quibus
blasphema uerint. qui autem blasphemaue
rit in spm scm. non habet remissionem in
aeternum. sed reus erit aeterni delicti. qm
dicebant. spiritum inmundum habet.

8
mxxviiii
II
7
cxxxiii
Lx cxxxv

ET UENIUNT MATER EIUS
ET FRATRES. & foris stantes. miserunt ad eum

uocantes eum & sedebat circa eum turba et dicit
 ei. Ecce mater tua et fratres tui foris querunt
 te & respondens eis ait; quae est mater mea
 et fratres mei. et circumspiciens eos qui in cir
 cuitu eius sedebant. ait. Ecce mater mea
 et fratres mei. Qui enim fecerit uoluntatem
 dñi hic frater meus & soror mea et mat̄ est.

Et iterum coepit docere ad mare. et congre
 gata est ad eum turba multa. ita ut in na
 uim ascendens sederet in mari; & omnis
 turba circa mare super terram erat.
 & docebat illos in parabolis multa & dicebat
 illis in doctrina sua; Audite; ecce exiit se
 minans ad seminandum; et dum seminat.
 Aliud cecidit circa uiam. et uenerunt uolu
 cres. et comederunt illud. Aliud uero cecidit
 sup petrosam ubi non habuit terram multam.
 & statim exortum est. quō non habebat alti
 tudinem terrae. Et quando exortus est sol
 exaestuauit. et eo quod non haberet radicē

exaruit; & aliud cecidit in spinas. et ascendit
spinæ. et suffocauerunt illud. et fructum
non dedit. Et aliud cecidit in terram bonam
et dabat fructum ascendentem & crescentem.
& afferebat unum triginta. et unum sexa-
ginta. & unum centum. Et dicebat. qui ha-
bet aures audiendi. audiat; & cum esset
singularis. interrogauerunt eum hi qui cum
eo erant duo decim. parabolam. Et dicebat
eis. Uobis datum est. scire mysterium regni

2.
M. CCC. VII.
F. CCC. III.
G. LXXXVII.
10. EVIII.

Illis autem qui foris sunt. in parabo-
lis omnia fiunt; ut uidentes uideant. et
non uideant; & audientes audiant. & non
intelligant. ne quando conuertantur et
dimittantur eis peccata; & ait illis; Nescitis
parabolam hanc. et quo modo omnes para-
bolas cognoscetis.

2.
M. CCC. VIII.
F. CCC. IIII.
G. LXXXVIII.

Qui seminat. uerbum seminat; hi autem sunt
qui circa uiam. ubi seminatur uerbum;
Et cum audierint. confestim uenit satanas

et aufert uerbum quod seminatū est in cordi-
bus eorum; & hi sunt similiter. qui sup petrosa
seminant; qui cum audierint uerbum. sta-
tim cum gaudio accipiunt illud. et non habent
radicem in se. sed temporales sunt.

Deinde orta tribulatione et psecutione.
propter uerbum confestim scandalizantur;
& alii sunt. qui in spinis seminantur;
Hi sunt qui uerbum audiunt. et erumnae
saeculi & deceptio diuitiarum. & circa reliqua
concupiscentiae intro euntes suffocant uer-
bum. et sine fructu efficitur;
Et hi sunt qui super terram bonam semina-
tisunt. qui audiunt uerbum et suscipiunt.
& fructificant; Unum triginta. et unum
sexaginta. & unum centum.

Et dicebat illis. Num quid uenit lucerna ut
sub modio ponatur. aut sub lecto. nonne ut
super candelabrum ponatur.

Non enim est aliquid absconditum. quod non

manifestetur. nec factum est occultum. sed ut
in palam ueniat; si quis habet aures audiendi.

8
M. xli.
i
M. l.
lv. lvi.

Et dicebat illis. Videte. quid audiatis. In qua mensura mensi fueritis. reme-
tietur uobis. et adicietur uobis.

8
M. xlii.
ii
M. lxxvii.
lv. lxxviii.

Qui enim habet. dabitur illi; & qui non habet
etiam quod habet. auferetur ab illo.

8
M. xliii.
54.

Et dicebat; sic est regnum dei. quem admodum
si homo iaciat sementem in terram. & dormi-
at. et exurgat nocte ac die. et semen germi-
net & increseat. dum nescit ille; Utro enim
terra fructificat; primum herbam. deinde
spicam. deinde plenum frumentum in spica.
& cum se produxerit fructus. statim mittit
falces. quomodo ad est messis.

8
M. xliiiii.
55.
lv. lxxviiii.

Et dicebat; Cui assimilabimus regnum dei.
aut cui parabola comparabimus illud.
sicut granum synapis. quod cum seminatum
fuerit in terra. minus est omnibus semini-
bus quae sunt in terra; & cum seminatum

fuert ascendit. & fit maior omnibus holeribus. et
facit ramos magnos. Ita ut possint sub umbra eius
aues caeli habitare.

Et talibus multis parabolis loquebatur eis uerbum.
pro ut poterant audire; sine parabola autem
non loquebatur eis.

Sorsum autem discipulis suis dissebat omnia.
Et ait illis in illa die. cum sero esset factum.
transeamus contra & dimittentes turbam.
assumunt eum ita ut erat in nauis. & alia naues
erant cum illo. Et facta est procella magna
uenti. et fluctus mittebat in nauim. ita ut im
pleretur nauis. & erat ipse in puppi supra cer
uical dormiens. et excitant eum. & dicunt ei
Magister. non ad te pertinet quia perimus.
& exurgens comminatus est uento. & dixit
mari. Tace. obmutescet; Et cessauit uentus.
et facta est tranquillitas magna. Et ait illis.
quid timidi estis. nondum habetis fidem.
& timuerunt magno timore. et dicebant

ad alterutrum. Quis putas est iste. quia et uentus
& mare. oboediunt ei. Et uenerunt trans fretum
maris. In regionem getasenorum. & exeunti ei de
naui. statim occurrit demonum entis homo in spiri
tu in mundo. qui domicilium habebat in monumen
tis. Et neque catenis iam quisquam eum poterat
ligare. qm̄ sepe compedibus & catenis uinctus. disru
pisset catenas et compedes comminuisset. & nemo
poterat eum domare. & semper nocte ac die in
monumentis et in montibus erat. clamans & conci
dens se lapidibus. Videns autem ih̄m a longe. cucur
rit & adorauit eum. et clamans uocem magna dixit.
quid mihi & tibi ih̄u fili dī summi. Adiuuro te p̄ d̄m.
neme torqueas. Dicebat enim illi. Exi spiritus in
munde ab homine. Et interrogabat eum. Quod
tibi nomen est. et dicit ei. Legio nomen mihi est.
quia multi sumus. & deprecabatur eum multum.
ne se expelleret extra regionem. Erat autem ibi
circa montem grex porcorum magnus pascens. et
deprecabantur eum spiritus dicentes. Mittenos in

porcos. ut in eos introeamus; & concessit eis statim
 ihs. Et exeuntes spiritus in mundi. introierunt
 in porcos; & magno impetu grex praecipitatus
 est in mare ad duo milia & suffocati sunt in
 mari; qui autem pascebant eos fugerunt. et
 nuntiauerunt in ciuitatem et in agros.
 & egressi sunt uidere. quid esset facti; Et ue
 niunt ad ihs. et uident illum qui a daemo
 nio uexabatur sedentem uestitum et sanae
 mentis. & timuerunt; Et narrauerunt illis
 qui uiderant qualiter factum esset ei. qui de
 monium habuerat. et de porcis; & rogare
 eum coeperunt. ut discederet a finibus eorum.
 Cumque ascenderet nauim. coepit illum depre
 cari qui a demonio uexatus fuerat. ut esset
 cum illo; & non admisit eum. sed ait illi.
 Vade in domum tuam ad tuos. et annuntia
 illis quanta tibi dñs fecerit. et misertus sit
 tui; & abiit et coepit predicare in decapoli.
 quanta sibi fecisset ihs. et omnes mirabant²;

v
Mxlvi
Mxlvi
Lvlxxv

ET CUM TRANSCENDISSET IHS

IN NAUI RURSUS TRANSFRETUM. CONUENIT TURBA
MULTA AD ILLUM. ET ERAT CIRCA MARE.

ET UENIT QUIDAM DE ARCHISYNAGOGIS. NOMI
NE IAIUS; & UIDENSE EUM. PROCIDIT AD PEDES
EUS. ET DEPRECABATUR EUM MULTUM DICENS.
QUO FILIA MEA IN EXTREMIS EST. UENI IN PONE
MANUM SUPER EAM UT SALUA SIT & UIUAT;
& ABIT CUM ILLO. ET SEQUEBATUR EUM TURBA
MULTA. ET COMPRIMEBANT ILLUM.

ET MULIER QUAE ERAT IN PROFLUUIO SANGUI
NIS ANNIS DUODECIM. ET FUERAT MULTA PPESSA
A COMPLURIBUS MEDICIS. ET EROGAUERAT OM
NIA SUA NEC QUICquam PROFECERAT. SED MA
GIS DETERIUS HABEBAT. CUM AUDISSET DE IHS.
UENIT IN TURBA RETRO. ET TETIGIT UESTIMEN
TUM EUS. DICEBAT ENIM; QUIA SI UEL UESTIM
TUM EUS TETIGERO. SALUA ERO. ET CONFESUM
SICCATUS EST FONSSANGUINIS EUS. ET SENSIT COR
PORE QUOD SANATA ESSET A PLAGA & STATIM

ih̄s cognoscens in sem̄ & ipso uirtutem. quae exi
 erat de eo. conuersus ad turbam. aiebat;
 Quis tetigit uestimenta mea. & dicebant ei
 discipuli sui. Uide turbam comprimentem
 te. & dicis quis me tetigit. & et circumspicie
 bat uidere eam. quae hoc fecerat.
 Mulier autem tremens & timens. sciens quod
 factum eēt in se. uenit & prociidit ante eū.
 & dixit ei omnem ueritatem. Ille autem.
 dixit ei. Filia. fides tua te saluam fecit.
 Vade in pace. et esto sana a plaga tua.
 Adhuc eo loquente. ueniunt ab archisyna
 gogo dicentes. quia filia tua mortua est.
 quid ultra uexas magistrum.
 Ih̄s autem uerbo quod dicebatur audito. ait
 archisynagogo; Nolite timere. tantū modo
 crede; & non admisit quem quam sequi se.
 nisi petrum. & iacobum. et iohannem fr̄em
 iacobi; Et ueniunt ad domum archisyna
 gogi. & uidet tumultum et flentes & heu

lantes multum. & ingressus ait eis. quid turba
mini & ploratis. & puella non est mortua. sed
dormit. Et irridebant eum. Ipse uero electis
omnibus. assumit patrem. & matrem puellae.
& qui secum erant. & ingrediuntur ubi erat
puella iacens. et tenens manum puellae.
ait illi; Tabitha cumi. quod est interpreta
tum. puella. tibidico. surge. Et confestim
surrexit puella. & ambulabat. Erat autem
annorum duodecim. & obstupuerunt stupore
maximo. Et praecepit illis uehementer ut
nemo id sciret. et dixit dari. illi manducare.

ML
Mcdi
LXXVIII
lo LVIII

Et egressus inde abiit in patriam suam. & se
quebantur eum discipulis sui. & facto sabbato
coepit in synagoga docere. Et multi audien
tes. admirabantur in doctrina eius dicentes.
Vnde huic haec omnia. & quae est sapientia
quae data est illi. et uirtutes tales quae per
manus eius efficiunt. & nonne iste est faber.
filius mariae. frater iacobi. & ioseph. et iudae.

et simonis nonne & sorores eius hic nobis cum s̄.
& scandalizabantur in illo:

Et dicebat eis ihs; quia non est propheta sine honore nisi in patria sua & in cognatione sua et in domo sua; & non poterat ibi uirtutem ullam facere. nisi paucos infirmos in positas manibus curauit; Et mirabatur propter incredulitatem illorum.

Et circuibat castella in circuitu docens.

Et conuocauit duodecim. & coepit eos mittere binos; & dabat illis potestatem spirituum in mundorum; et praecepit eis ne quid tollerent in uia nisi uirgam tantum.

Non peram. non panem. neque in zona aes. sed calciatos sandalios. & ne induerentur duabus tunicis.

Et dicebat eis; quocumque introieritis in domum. illic manete donec exeatis inde;

Et quicumque non receperint uos nec audierint uos. exeuntes inde excutite puluerem

de pedibus uris. In testimonium illis.

8
LXXIII
LXXIII

Et exeuntes praedicabant ut poenitentiam
agerent; & daemona multa eiciebant. et
unguebant oleo multos aegros. et sanabant;

8
LXXIV
LXXIV

Et audiuit herodes rex. manifestum enim
factum est nomen eius. et dicebat; Quia iohan
nes baptista resurrexit a mortuis. & propterea
operantur uirtutes in illo; Alii autem dicebant.
quia helias est; Alii uero dicebant. quia pro
pheta est. quasi unus ex prophetis.

8
LXXV
LXXV

Quo audito herodes ait. Quem ego decollaui
iohannem. hic a mortuis resurrexit.

8
LXXVI
LXXVI

Ipse enim herodes misit a tenent iohannem.
et uinxit eum in carcere. propter herodias
uxorem philippi fratris sui. qui aduxerat eam.

8
LXXVII
LXXVII

Dicebat enim iohannes herodi. Non licet tibi
habere uxorem fratris tui. Herodias autem
insidiabatur illi. et uolebat occidere eum.
nec poterat. herodes enim metuebat iohan
nem. sciens eum uirum iustum et scum. et

custo diebat eum; & audito eo multa faciebat.
 et libenter eum audiebat. Et cum dies oportu-
 nus accidisset. herodes natalis suo. caenam
 fecit principibus & tribunis. et primis galileae.
 Cumque introisset filia ipsius herodias. et
 saltasset. & placuisset herodi simul que recu-
 bentibus. rex ait puellae. Petite a me quod uis.
 & dabo tibi; & iuravit illi. quia quicquid pe-
 tieris dabo tibi. licet & dimidium regni mei.
 quaecumque exisset. dixit matri suae. Quid pe-
 tam. & illa dixit. Caput iohannis baptistae.
 Cumque introisset fixam cum festinatione
 ad regem. petiuit dicens. Volo. ut protinus
 des mihi in disco. caput iohannis baptistae.
 Et contristatus est rex. propter iusiurandum.
 & propter simul recumbentes. noluit eam
 contristare. sed misso spiculatore. praecipit
 afferi caput eius in disco; & decollauit eum
 in carcere. & attulit caput eius in disco. et
 dedit illud puellae. & puella. dedit matri.

suae. Quo audito discipuli eius. uenerunt & tu-
lerunt corpus eius. et posuerunt
illud in monumento.

VI ET CONUENIENTES AD IESUM

*A. lxxi
B. lxxii
C. lxxiii*

renuntiauerunt illi omnia quae
egerant et docuerant.

*A. lxxii
B. lxxiii
C. lxxiiii*

Et ait illis. Venite seorsum in desertum locum.
et requiescite pusillum. Erant enim qui ue-
niebant et rediebant multi. et nec mandu-
candi spatium habebant.

*A. lxxiii
B. lxxiiii
C. lxxv*

Et ascendentes in nauim. abierunt in deser-
tum locum seorsum. & uiderunt eos abeun-
tes. et cognouerunt multi.

Et pedestres de omnibus ciuitatibus concur-
rerunt illuc. et praeuenerunt eos.
& exiens uidit turbam multam & misertus
est ih̄s super eos. quia erant sicut oues non
habentes pastorem. & coepit docere illos. multa.

*A. lxxiiii
B. lxxv
C. lxxvi*

Et cum iam hora multa fieret. accesserunt
discipuli eius dicentes. Desertus est locus hic.

& iam hora praeteriit; Dimitte illos. ut euntes
 in proxima suillas et uicos. emanit sibi ubi quos
 manducant & respondens. ait illis. Date illis
 manducare. Et dixerunt ei. Et untes emanus
 denarius ducentis panes. & dabimus eis man
 ducare. & dicit eis. Quot panes habetis. & ite.
 et uidete. Et cum cognouissent. dicunt.
 quinque. et duos pisces; & praecipit illis.
 ut accumbere facerent omnes. secundum con
 tubernia super uiride faenum.
 Et discubuerunt in partes. per centenos. et
 per quinquagenos; & acceptis quinque panib.
 et duobus piscibus. Intuens caelum. benedixit.
 & fregit panes. et dedit discipulis suis. ut po
 nerent ante eos. Et duos pisces diuisit om
 nibus; & manducauerunt omnes. & satu
 rati sunt; Et sustulerunt reliquias frag
 mentorum. duodecim cophinos plenos. & de
 piscibus. Erant autem qui manducauerunt.
 quinque milia uirorum.

Alcy.
M. XLVIII

Et statim coegit discipulos suos ascendere nauim.
ut praecederent eum transfretum ad bethsaida.
dum ipse dimitteret populum.

Alcy.
M. XLIX
LXXIII
LXXIV
LXXV
LXXVI
LXXVII
LXXVIII
LXXIX
LXXX

Et cum dimisisset eos. abiit in montem orare.
Et cum sero esset. erat nauis in medio mari. et
ipse solus in terra; & uidens eos laborantes in re-
migando. erat enim uentus contrarius eis.
Et circa quartam uigiliam noctis. uenit ad eos
ambulans super mare. et uolebat praeterire
eos. At illi ut uiderunt eum ambulantem super
mare. putauerunt fantasma esse. et excla-
mauerunt. Omnes enim eum uiderunt. et
conturbati sunt; & statim locutus est cum eis.
& dixit illis. Confidite. ego sum. nolite timere.

Alcy.
LXXXI
LXXXII

Et ascendit ad illos in nauim. & cessauit uentus.
et plus magis intra se stupebant; Non enim
intellexerant de panibus. Erat enim. cor il-
lorum obcaecatum; & cum transfretassent.
per uenerunt in terram gennesareth. & ap-

Alcy.
LXXXIII
LXXXIV
LXXXV

Cumque egressi essent de nauim. multiplicauerunt.

continuo cognouerunt eum. Et percurrentes
 uniuersam regionem illam. coeperunt incre-
 batis eos quise male habebant circumferre.
 ubi audiebant eum esse. & quo cum que introibat
 in uicos uel in uillas aut ciuitates. In plateis pone-
 bant infirmos. & deprecabantur eum. ut uel
 fimbriam uestimenti eius tangerent. Et quot
 quot tangebant eum. salui fiebant.

Et conueniunt ad eum pharisaei. et quidam de
 scribis uenientes ab hierosolymis. & cum uidis-
 sent quosdam ex discipulis eius. communi bus ma-
 nibus. id est non lotis manducare panes. ut tu pe-
 rauerunt. pharisaei enim & omnes iudaei. nisi
 crebro lauent manus non manducant. tenen-
 tes traditionem seniorum. & a foro nisi bap-
 tentur non comedunt. Et talia multa sunt
 quae tradita sunt illis seruari. Baptisma cali-
 cum. & urceorum. & aementorum. & lectoru.

Et interrogabant eum pharisaei & scribae;
 quare discipuli tui non ambulant iuxta tradi-

101
tionem seniorum. sed communibus manibus man-
ducant panem. At ille respondens. dixit eis.
Bene prophetauit esaias de uobis hypocritas. si-
cut scriptum est; Populus hic labis me honorat.
cor autem eorum longe abest a me; In uanū
autem me colunt. docentes doctrinas prae-
cepta hominum. Relinquentes enim manda-
tum dī. tenetis traditionem hominum. baptis-
mata urceorum. & calicum. & alia similia his
factis multa; & dicebat illis; Bene irritum faci-
tis praeceptum dī. ut traditionem urām serue-
tis; Moyses enim dixit. Honora patrem tuū.
& matrem tuam. Et qui male dixerit patri
aut matri. morte moriatur. Uos autem dici-
tis. si dixerit homo patri. aut matri. cor bānqd
est donum. quodcumque ex me tibi profuerit;
& ultra non dimittis eum quicquam facere pa-
tri suo. aut matri. rescindentes uerbum dī. per
traditionem urām quam tradidistis. & similia
huiusmodi multa factis; Et ad uocans iterum

turbam. dicebat illis. Audite me omnes. & intel-
legite. Nihil est extra hominem introiens in eum.
quod possit eum coinquinare. Sed quae de homine
procedunt. illae sunt quae communicant homi-
nem; si quis habet aures audiendi. audiat.

Et cum introisset in domum a turba. interroga-
bant eum discipuli eius parabolam; & ait illis;
Sic & uos imprudentes estis. Non intellegitis quia
omne extrinsecus introiens in hominem. non po-
test eum communicare. quia non introit in cor
eius. sed in uentrem et in ^{se}cessum exit purgans om-
nes escas. dicebat autem. quoniam quae de homine ex-
eunt. illae communicant hominem; Ab intus au-
tem. de corde hominum cogitationes malae pro-
cedunt; Adulteria. fornicationes. homicidia. fur-
ta. auaritia. nequitiae. dolus. In pudicitia. oculus
malus. blasphemia. superbia. stultitia; Omnia
haec mala. ab intus procedunt. et communicant
VII ET INDE SURGENS. hominem; **ABIIT**
abijt in fines tyri et sidonis; & ingressus in domum.

neminem uoluit scire. et non potuit latere.

Mulier enim statim ut audiuit de eo cuius habebat
filia spiritum inmundum. Intrauit & prostrata
ad pedes eius; Et erat enim mulier gentilis.
Syrophenissa genere.

2
M. lxxvii
M. lxxviii

Et rogabat eum. ut daemonium eiceret de filia
eius; qui dixit illi. Sine prius saturari filios.
Non est enim bonum sumere panem filiorum.
& mittere canibus. At illa respondit. & dicit ei.
Utique dñe. Nam & canelli sub mensa comedunt.
de micis puerorum; & ait illi propter hunc sermō
nem. Vade; exiit daemonium de filia tua.
Et cum abiisset domum suam. Inuenit puellam
iacentem supra lectum. et daemonium exisse.

2
M. lxxviii
Sol.

Et iterum exiens de finibus tyri. uenit per sydonē
ad mare galileae. Inter medios fines decapoleos.
& adducunt ei surdum & mutum. et deprecā
bantur eum ut inponat illi manum.
Et apprehendens eum de turba seorsum. misit
digittos suos in auriculas eius. et ex puenst tetigit

linguam eius. & suspiciens in caelum. ingemuit.
 & ait illi. Effeta. quod est adaperire. & statim
 apertae sunt aures eius. et solutum est uincu-
 lum linguae eius. et loquebatur rectae.
 & praecepit illis. ne cui dicerent.

Quanto autem eis praecipiebat. tanto magis
 plus praedicabant. & eo amplius
 admirabantur dicentes.

Bene omnia fecit. et surdos fecit audire.
 & mutos loqui.

In illis diebus. iterum cum turba multa eēt.
 et nec haberent quod manducarent. con-
 uocatis discipulis. ait illis.

Misereor super turbam. quia ecce iam
 triduo sustinent me. nec habent quod man-
 ducant. & si dimisero eos ieiunos in domum
 suam. deficient in uia. Quidam enim ex eis.
 de longe uenerunt. Et responderunt ei disci-
 puli sui. Unde istos poterit quis hic saturare
 panibus in solitudine. & interrogauit eos.

quot panes habetis. Quid dixerunt. Septem.

Et praecepit turbae. discumbere super terram.

Et accipiens septem panes. gratias agens. fregit
& dabat discipulis suis ut apponerent. et apposue-
runt turbae; & habebant pisciculos paucos. &
ipso benedixit. et iussit apponi. Et manduca-
uerunt. & saturati sunt. Et sustulerunt quod
superauerat de fragmentis. septem sportas.

Erant autem qui manducauerunt quasi quattu-
or milia. & dimisit eos; & statim ascendens nauim
cum discipulis suis. uenit in partes dalmanutha.

St. Luc. vii.
1111
M. lxxviii.
7. lxxviii.
7. lxxviii.

Et exierunt pharisaei et coeperunt conquirere
cum eo. quaerentes ab illo signum de caelo.
temptantes eum.

M. lxxviii.
7. lxxviii.
7. lxxviii.

Et in gemiscens spiritu. ait. Quid generatio ista
quaerit signum. Amen dico uobis. si dabitur
generatiioni istae signum. & dimittens eos. ascendens
iterum nauim abiit trans fretum. Et oblitati sunt
sumere panes. & nisi unum panem. non habebas
secum in nauim.

Et praeceperat eis dicens. Videte. et caute a fermento pharisaeorum. et fermento herodis.

Et cogitabant ad alterutrum dicentes. quia panes non habemus. Quo cognito ih̄s. ait illis. quid cogitatis quia panes non habetis. non dum cognoscitis nec intellegitis. adhuc caecatum habetis cor ur̄m. Oculos habentes non uidetis. & aures habentes n̄ auditis; Hec recordamini quando quinque panes fregi in quinque milia. & quot cophinos fragmentorum plenos sustulistis. & dicunt ei. duodecim; quando & septem panes in quattuor milia. quot sportas fragmentorum tulistis. & dicunt ei. septem; & dicebat eis. quomodo non dum intellegitis.

Et ueniunt bethsaida. & adducunt ei caecum. et rogabant eum. ut illum tangeret. Et apprehensa manu caeci. eduxit eum extra uicum; & expuens in oculos eius. In postis manibus suis. interrogauit eum si aliquid uideret. Et aspiciens. ait. Uideo homines uelut

101
arbores ambulantes; Deinde iterum imposuit
manus sup oculos eius. & coepit uidere;
& restitutus est. Ita ut uideret clare omnia.
Et misit illum in domum suam dicens. Uade
in domum tuam. & si in uicum introieris.
Nemini dixeris.

¶
Lxxviii
Lxxviiii
Lxxviiii
Lxxviiii

Et egressus est ih̄s & discipuli eius in castella cesa-
reae philippi. et in uia interrogabat discipu-
los suos. dicens eis. Quem me dicunt esse homines?
qui responderunt illi dicentes. Iohannem bap-
tistam; Alii heliam. alii uero quasi unum dep-
phetas. Tunc dicit illis. Uos uero quem me
dicitis esse.

¶
Lxxviiii
Lxxviiii
Lxxviiii

Respondens petrus. ait ei. Tu es x̄ps; & commina-
tus est eis. ne cui dicerent de illo; Et coepit doce-
re illos. quō oportet filium hominis multa
pati. et reprobari a senioribus. & a summis
sacerdotibus. et scribis & occidi. et post tres
dies resurgere; & palam uerbū loquebat̄.

¶
Lxxviiii
Lxxviiii
Lxxviiii

Et apprehendens eum petrus. coepit increpa-

te eum. Qui conuersus & uidens discipulos suos.
 comminatus est petro dicens. Vade retro me sata
 nas. quō non sapis quae disunt. sed quae
 sunt hominum.

Et conuocata turba cum discipulis suis. dixit eis.
 Siquis uult me sequi. denegat semet ipsum.
 & tollat crucem suam. & sequatur me.
 Qui enim uoluerit animam suam saluam fa
 cere. perdet eam. Qui autem perdidit
 animam suam propter me. & euangelium.
 saluam eam faciat. Quid enim proderit homi
 ni si lucretur mundum totum. & detrimentū
 faciat anime suae. Aut quid dabit homo.
 commutationis pro anima sua.

Qui enim me confusus fuerit. & mea uerba in
 generatione ista adultera et peccatrice. et
 filius hominis confundetur eum. cum uene
 rit in gloria patris sui cum angelis scis.

Et dicebat illis. Amen dico uobis. quia sunt
 quidam de hic stantibus qui non gustabunt

mortem. donec uideant regnum dī ueniens in
uirtute. Et post dies sex. Assumit ih̄s petrum.
& iacobum. et iohannem. & ducit illos in mon-
tem excelsum seorsum solos. et transfigura-
tus est coram ipsis; & uestimenta eius facta
splendētia. & candida nimis uelut nix. qualia
fullo super terram non potest candida facere.
Et apparuit illis helias cum moyse. & erant
loquentes cum ih̄u; & respondens petrus. ait
ih̄u. Rabbi. bonum est nos hic esse. & faciamus
tri tabernacula; tibi unum. & moyse unū.
& heliae unum. Non enim sciebat quid diceret;
Erant enim timore exterriti; & facta est
nubes obumbrans eos. & uenit uox de nube di-
cens; Hic est filius meus carissimus. Audite il-
lum; & statim circumspicientes. neminem am-
plius uiderunt. nisi ih̄m tantum secum.
Et descendētib; illis de monte. praecepit
illis nec uiquae uidissent narrarent. nisi cum
filius hominis a mortuis resurrexerit;
Et uerbum continuerunt apud se. cōquirentes

8. lxxxviii
Sol

quid esset cū a mortuis resurrexerit

Et interrogabant eum dicentes. Quid ergo dicunt pharisei & scribae. quia heliam oportet uenire primum. & qui respondens. ait illis; Helias cum uenerit. primo restituet omnia; & quomodo scriptum est in filium hominis. ut multa patiatur & contemnatur; Sed dico uobis. quia & helias uentus. & fecerunt illi quaecumque uoluerunt. sicut scriptum est de eo.

Et ueniens ad discipulos suos. uidit turbam magnam circa eos. & scribas conquirentes cum illis; & confestim omnis populus uidens iūm. stupefactus est. & expauerunt. et accurrentes salutabant eum; & interrogauit eos. quid inter uos conquiratis.

Et respondens unus de turba. dixit; Magister. attuli filium meum ad te. habentem spiritū mutum. Qui ubicumque eum apprehenderit. allidit eum & spumat. et fridet dentibus & arescit; & dixi discipulis tuis ut eicerent illū. & non potuerunt; qui respondens eis. dicit;

O generatio incredula quam diu apud uos ero.
quam diu uos patiar. & afferte illum ad me; & attu-
lerunt eum; Et cum uidisset illum. statim spiritu.
conturbauit eum. & elisus in terra uolutabatur
spumans; & interrogauit patrem eius; Quantum
temporis est ex quo hoc ei accidit. & at ille ait;
Ab infantia; Et frequenter eum & in ignem &
in aquas misit. ut eum perderet; Sed si quid po-
tes. adiuua nos misertus nri. Ihs autem. ait illi.
Si potes credere. omnia possibilia credenti;
& continuo exclamans pater pueri cum lacri-
mis. aiebat; Credo dne. adiuua incredulitate
meam. Et cum uideret ihs concurrentem tur-
bam. comminatus est spiritui immundo. di-
cens illi; Surde & mute spiritus. ego tibi praeci-
pio. exi ab eo. et amplius ne intro eas in eum;
& clamans et multum discerpens eum. exiit
ab eo; Et factus est sicut mortuus. ita. ut
multi dicerent quia mortuus est; Ihs autem.
tenens manum eius eleuauit eum. & surrexit;

Et cum introisset in domum. discipuli eius secreto
interrogabant eum. quare nos non potuimus eice
re eum. & dixit illis. Hoc genus in nullo potest
exire. nisi in oratione & ieiunio.

VIII ET INDE PROPECTI PRÆTER

grediebatur galileam. nec uolebat quemquam
scire. Docebat autem discipulos suos. & dicebat
illis. quō filius hominis tradetur in manus homi
num. & occidetur eum. et occisus. tertia die resurgat.
At illi ignorabant uerbum. & timebant eum
eum interrogare.

Et uenerunt capharnaum. qui cum domi eēt.
interrogabat eos. Quid in uia tractabatis.

At illi tacebant; si quidem inter se in uia disputa
uerant. quis esset illorum maior; & residerit.
uocauit duo decim. & ait illis. Siquis uult primus
esse. erit omnium nouissimus. & omnium mi
nister; Et accipiens puerum. statuit eum in
medio eorum. quem cum complexus esset. ait
illis. Quisquis unum ex huiusmodi pueris rece

perit in nomine meo. mercedem

lxvii
lxviii
lxviiii
lxviiii
lxviiii

Et quicumque me susceperit. non me suscipit.
sed eum qui me misit.

lxviiii
lxviiii
lxviiii

Respondit illi iohannes dicens; magister. uidimus
quendam in nomine tuo acientem demonia. qui non
sequitur nos. et prohibuimus eum. Ihs autem ait.
Nolite prohibere eum. Nemo est enim qui faciat
uirtutem in nomine meo. et possit cito male loqui de
me. Qui enim non est aduersus uos. pro uobis est.

lxviiii
lxviiii
lxviiii

Quisquis enim potum dederit uobis. calicem aque in
nomine meo. quia xpi estis. amen dico uobis. non
perdet mercedem suam.

lxviiii
lxviiii
lxviiii

Et quisquis scandalizauerit unum ex his pusillis creden-
tibus in me. bonum est ei magis. si circumdaretur mo-
la asinaria collo eius. et in mare mitteretur.

lxviiii
lxviiii
lxviiii

Et si scandalizauerit te manus tua. abscide illam; bo-
num est tibi debilem introire in uitam. quam dux
manus habentem ire in gehennam. in ignem inextin-
guibilem.

lxviiii
lxviiii
lxviiii

Ubi uermis eorum non moritur. et ignis non extinguitur.

Et si pestius te scandalizet. amputa illum. Bonū
 est tibi claudum introire in uitam æternā. quam
 duos pedes habentem. mita in gehennam ignis in
 extingui bilis; ubi uermis eorum non moritur. et
 ignis non extinguitur; Quod si oculus tuus
 scandalizat te. eice eum; bonum est tibi luscum.
 introire in regnum dī. quam duos oculos habentē
 mita in gehennam ignis; ubi uermis eorum non mo-
 ritur. et ignis non extinguitur. Omnis enim igne
 salietur. et omnis uictima salietur.
 Bonum est sal. Quod si sal in sulsum fuerit. in quo
 illud condicis. habete in uobis salem. et pacem habe-
 te inter uos;

Et inde exsurgens. uenit in fines iudæe ultra iordanē.
 et conueniunt iterum turbæ ad eum. Et sicut con-
 sueuerat. iterum docebat illos. Et accedentes phari-
 sæi interrogabant eum; si licet uiro uxorem dimitte-
 re. temptantes eum. At ille respondens. dixit eis.
 Quid uobis præcepit moyses. qui dixerunt. moyses
 permisit libellum repudi scribere. et dimittere.



Quibus respondens ih̄c. ait. Ad durtiam cordis
uiri. scripsit uobis praeceptum istud. Ab initio au-
tem creaturae. masculinum et feminā fecit eos d̄s.
propter hoc relinquet homo patrem suum et matrē.
et adheret uxorem suam. et erunt duo in carne
una. Itaq. iam non sunt duo. sed una caro. Quod
ergo d̄s iunxit. homo non separet.

¶ 2111.
Sol

Et in domo iterum discipuli eius. de eodem interroga-
uerunt eum.

¶ 2112.
Mile
LXXXV.

Et dicit illis. Quicumq. dimiserit uxorem suam.
et aliam duxerit. adulterium committit sup eam.
Et si uxor dimiserit uirum suum. et aliu nupsit.
moechatur.

¶ 2113.
Mile
LXXXVI.

Et offerbant illi paruulos. ut tangere illos. Disci-
puli autem. comminabantur offerentibus. quos
cum uideret ih̄c. indignatus est et ait illis. Sinite
paruulos uenire ad me. et ne prohibeatis eos. talis
est enim regnum d̄i. Amen dico uobis. quisquis
non receperit regnum d̄i uelut paruulus. non intra-
bit in illud. Et complexus eos et imponens manus

super illos. benedicebat eos.

Et cum egressus esset in uia. procurrens quidam genu flexo ait eum. rogabat eum. Magister bone. quid faciam ut uitam eternam percipiam. Ihs autem. dixit ei. Quid me dicis bonum. Nemo bonus nisi unus ds. Præcepta nota. Ne adulteres. ne occidas. ne furesis. ne falsum testimonium dixeris. ne fraudem feceris. Honora patrem tuum et matrem. At ille respondens. ait illi. Magister. omnia hæc. obseruaui a iuuentute mea.

Ihs autem intuitus eum dilexit eum. et dixit illi. Unum tibi deest. Uade. quæcumq. habes uende. et da pauperibus. et habebis thesaurum in caelo. et ueni sequere me.

Qui contristatus in uerbo. abiit maerens. Et circumspiciens ih̄s. ait discipulis suis. Quam difficile est qui pecunias habent in regnum di introibunt. Discipuli autem. obstupescabant in uerbis eius. At ih̄s rursus respondens. ait illis. Filioli. quam difficile est confidentes in pecuniis in regnum di in

principib. sacerdotum et scribis. et seniorib. et con-
demnabunt eum morte. Et tradent eum gentib.
et illudent ei. et conspuent eum. et flagellabunt eum.
et interficient eum. et tertia die resurget.

Et accedunt ad eum iacobus et iohannes filii zebedei.
dicentes. Magister. uolumus ut quodcumq. petier-
imus facias nobis. At ille dixit eis. Quid uultis ut fa-
ciam uobis. Et dixerunt. Da nobis. ut unus ad de-
xteram tuam. et alius ad sinistram tuam. sedeamus
in gloria tua. Ihesus autem. ait eis. Nescitis quid pe-
tatis. Potestis bibere calicem. quem ego bibo. aut
baptismum. quo ego baptizor baptizari. At illi dixe-
runt ei. Possumus. Ihesus autem. ait eis. Calicem qui-
dem quem ego bibo. bibetis. et baptismum. quo ego
baptizor. baptizabimini. Sedere autem ad dexte-
ram meam uel ad sinistram. non est meum dare. sed
quibus. paratum est.

Et audientes decem. coeperunt indignari de iacobo
et iohanne. Ihesus autem uocans eos. ait illis. Scitis
quia hi qui uidentur principari gentibus dominantur eis.

et principes eorum potestatem habent ipsorum.
non ita est autem in uobis. Sed quicumque uoluerit
fieri maior: erit uir minister. Et quicumque uolu-
erit in uobis primus esse: erit omnium seruus.

Mcxv.
1111
Mcxvii
Lxxv
7000v.

Nam et filius hominis non uenit ut ministraretur ei.
sed ut ministraret; Et daret animam suam: redem-
ptionem pro multis.

Mcxvi.
11
Mcxv.
Lxxviii.

Et ueniunt hierichum. Et proficiscente eo de hiericho.
et discipulis eius et plurima multitudine: filius tamen
barthimeus caecus. sedebat iuxta uiam mendicans.
quicum audisset quia ihc nazarenus est: coepit clamare et dicere:
fili dauid ihu. miserere mei. Et comminabantur ei multi.
ut taceret; At ille multo magis clamabat. fili dauid miserere mei.
Et stans ihc. praecepit illum uocari. Et uocauit
coecum. dicentes ei. Anima equior esto. surge uocet te.
Qui pro iecto uestimento suo. exiliens uenit ad eum.
Et respondens ihc. dixit illi. quid uis tibi faciam?
Caecus autem. dixit illi. Rabboni. ut uideam.
Ihc autem. ait illi. uade. fides tua.

te saluum fecit. Et confestim uidit. et seque
batur eum in uia.

Et cum appropinquarent hierosolimae. et bethaniae.
ad montem oliuarum. mittit duos ex discipulis
suis. et ait illis. Ite in castellum. quod est contra uos.
et statim intro euntes illuc. in uenietis pullum ligatum.
super ^{que} homo adhuc hominum sedit. Soluite illum.
et adducite. Et si quis uobis dixerit. quid facitis.
dicite. quia dño necessarius est. et continuo dimittat
illum huc.

Et ab euntes in uenerunt pullum ligatum. ante ianuam
foris in buiio. et soluunt eum. Et quidam de illis
saris. dicebant illis. Quid facitis soluentes pullum.
Qui dixerunt eis. sicut praeceperat illis ihc. et dimi
serunt eis. Et duxerunt pullum ad ihm. et imponunt
illi uestimenta sua. et sedit super eum. Multi autē.
uestimenta sua strauerunt in uia. Alii autem fron
des cedebant de arborib. et fernebant in uia.

Et qui praebant. et qui sequebantur. clamabant dicen
tes. Osanna. benedictus qui uenit. in nomine dñi.

Benedictum quod uenit regnum patris nri dauid.
osanna in excelsis.

li cxx.
li cxxiii.

Et introiit hierosolimam in templum. Et circūspe-
cit omnib. cum iam uespera eēt hora. Exit in betha-
niam cum duodecim. Et alia die cū exirent ab etha-
nia. esurit. Cumq. uidisset a longe ficum habē-
tem folia. uenit siquid forte inueniret in ea. Et cū
uenisset ad eam. nihil inuenit praeter folia. Non
enim erat tempus ficorum. Et respondens. dixit illi.
Iam non amplius in aeternum. quisquam fructum
ex te manducet. Et audiebant discipuli eius.

li cxxv.
li cxxvi.
li cxxviii.

Et ueniunt hierosolimam; Et cum introisset tem-
plum. coepit acere uendentes. et ementes in templo.
et mensas nummulariorum. et cathedras uendentium
columbas euerit. Et non sinebat ut quisquam trans-
ferret uas p̄ templum. et docebat dicens eis. Non scri-
ptum est. quia domus mea domus orationis uocabitur
omnib. gentibus. Uos autem. fecistis eam
speluncam latronum.

li cxxvii.
li cxxviii.
li cxxviiii.
li cxxx.

Quō audito. principes sacerdotum et scribae. quaerebant

quomodo cum perderent. Timebant enim eum;

quō uniuersa turba admirabatur super doctrinā eius

Et cum uespera facta eēt. egrediebatur deciuitate.
Et cum mare transirent. uiderunt ficum aridam factā
radicibus. Et recordatus petrus. dixit ei. Rabbi. ec-
ce ficus cui maledixisti aruit.

Et respondens ih̄c. ait illis. Habete fidem dī. Amen.
dico uobis. quia quicumq. dixerit huic monti. tollere
et mittere in mare. et non hesitauerit in corde suo. sed
crediderit. quia quodcumq. dixerit. fiat. fiet ei.

Propterea dico uobis. Omnia quecumq. orantes peti-
tis. credite quia accipietis. et euenient uobis.

Et cum stabitis adorandum. dimitte siquid habetis.
aduersus aliquem. ut et pater ur̄ qui in caelis est. dimit-
tat uobis peccata ur̄a. ^h

ET VENIUNT RURSUS HIERSOLI-
mam. Et cum ambularet in templo. accedunt ad eū
summi sacerdotes et scribae et seniores. et dicunt illi.
In qua potestate haec facis. et qui tibi dedit hanc po-
testatem. ut ista facis. Ih̄c autem respondens. ait illis.
^h Quod si uos non dimiseritis. nec pater ur̄ qui in
caelis ē. dimittat uobis peccata ur̄a;

Interrogabo uos et ego unum uerbum et responde-
te mihi. et dicam uobis in qua potestate haec faciam.
Baptismum iohannis de caelo erat an ex hominibus?
respondete mihi; At illi cogitabant secum dicen-
tes. Si dixerimus de caelo. dicit. quare ergo non cre-
didistis ei? Si dicemus ex hominibus. timebant po-
pulum; Omnes enim habebant iohannem. qui uere
propheta est; Et respondentes dicunt ihu. nesci-
mus. Et respondens ihc. ait illis. neq. ego dico uo-
bis. in qua potestate haec faciam.

lxxxviii.
lxxxviii.
lxxxli.

Et coepit illis in parabolis loqui. uinam parua
uit homo. et circum dedit saepem. et fodit lacum.
et aedificauit turrim. et locauit eam agricolis. et
peregre profectus est; Et misit ad agricolas in te-
pore seruum. ut ab agricolis acciperet de fructu uinae.
qui apprehensum cum ceciderunt. et dimiserunt
uacuum; Et iterum misit ad illos alium seruum.
et illum in capite uulnerauerunt. et contumelias
affecerunt. Et rursum alium misit. et illum occide-
runt. Et plures alios quosdam caedentes. alios

uero occidentes. Adhuc ergo unum habens filiū
 carissimum. et illum misit ad eos nouissimū dicens.
 qui uerēbuntur filium meum. Coloni autem
 dixerunt ad inuicem. hic est heres. uenite occide
 mus eum. et nra erit hereditas. Et apprehendentes
 eum occiderunt. et accerunt extra uineam. Quid er
 go faciet dominus uinee. Ueniet et perdet colonos.
 et dabit uineam aliis. Nec scripturam hanc legitis.
 lapidem quem reprobauerunt aedificantes. hic fa
 ctus est in caput anguli. Ad dño factum est istud. et est
 mirabile in oculis nr̄is.

Et querebant eum tenere. et cum uerunt turbam.
 Cognouerunt enim. quō ad eos parabola hanc di
 xerit. Et relicto eo. abierunt.

Et mittunt ad eum quosdam ex pharisaeis et herodia
 nis. ut eum caperent in uerbo. Qui uenientes. dicunt
 ei. Magister. scimus quia uerax es et non curas quem
 quam. nec enim uides in facie. et non u. hominum.
 sed in ueritate uiam di doces. in corde. Licet dari
 tributum cesari an non dabimus. Qui sciens

uersitiam eorum. At illis. Quid me temptatis?
Afferte mihi denarium ut uideam. At illi obtulerunt.
Et ait illis. Cuius est imago haec et inscriptio?
dicunt illi. caesaris. Respondens autem ih̄c. dixit
illis. Reddite. igitur quae sunt caesaris caesari.
et quae sunt dei deo. Et mirabantur super eo.
Et uenerunt ad eum sadducei qui dicunt resurrectionem
non esse. et interrogabant eum dicentes.
Magister. moyses scripsit nobis. ut si cuius frater
mortuus fuerit. et dimiserit uxorem. et filios non
reliquerit. accipiat frater eius uxorem ipsius. et resu-
scitet semen fratri suo; septem ergo fratres erant;
Et primus accepit uxorem. et mortuus est non reli-
cto semine. Et secundus accepit eam
et mortuus est. et nec iste reliquit semen. Et tertius
similiter. Et acceperunt eam similiter septem. et non
reliquerunt semen. Nouissima omnium. defuncta
est cum uellet capite uul. In resurrectione ergo. cum re-
surrexerint. Et uis cuius dimiserit uxor. septem
enim habuerunt eam uxorem. Et respondens ih̄c. ait illis.

Nonne ideo erratis. non scientes scripturas. neque
 uirtutem di. Cum enim a mortuis resurrexerint.
 neq. nubent. neq. nubentur. sed sunt sicut angeli in
 caelis. De mortuis autē quod resurgant. non legis
 in libro moysi sup rubum quomodo dixit illi dī in qui
 ens. ego sum dī abraham. et dī isaac. et dī iacob. non est dī
 mortuorū. sed uiuorum. Nos ergo multotū erratis.

Et accessit unus de scribis qui audierat illos conquirentes.
 et uident quō bene illis responderit. interrogauit eū.
 qđ eēt primum omniū mandatum; Thc autem respon
 dit ei. quia primum omniū mandatū ē. Audi isrl. dñs
 dñs n̄r. dī unus ē. Et diliges dñm dñm tuum. ex toto
 corde tuo. et ex tota anima tua. et ex tota mente tua. et
 ex tota uirtute tua. hoc est primum mandatum;
 secundum autem. simile est illi. Diliges proximū
 tuum. tanquam te ipsum. maius horum aliud
 mandatum non est. **E**t ait illi scriba. bene magister
 in ueritate dixisti. quia unus est. et non est alius pre
 ter eum. Et ut diligatur ex toto corde. et ex toto
 intellectu. et ex tota fortitudine. et diligere pximū

proximum tamquam se ipsum. maius est omnibus. homo
causator. et sacrificus. Ihesus autem uidentis quod sa-
pienter respondisset. dixit illi. Non es longe a regno di-

lxxxviii
lxxxviiii
lxxxviiii
lxxxviiii
lxxxviiii

Et nemo iam audebat eum interrogare.

Et respondens ihesus. dicebat docens in templo. quomo-
do dicunt scribere christum filium esse dauid. Ipse enim
dauid dicit in spiritu sancto. dixit dominus domino meo. sede ad dex-
tris meis. donec ponam inimicos tuos scabellum pe-
dum tuorum. Ipse ergo dauid dicit eum dominum. et un-
de filius eius est. Et multa turba eum libenter audiuit.

lxxxviiii
lxxxviiii
lxxxviiii
lxxxviiii

Et dicebat eis in doctrina sua. Caute uos scribis qui uolunt
in stolis ambulare. et salutare in foro. et in primis cathe-
dris sedere in synagogis. et primos discubitus in caenis.

lxxxviiii
lxxxviiii

Qui deuorant domos uiduarum sub obtentu prolixae ora-
tionis. hi accipient prolixius iudicium. Et sedens ihesus
contra gazophiliatum. aspicebat quomodo turba
iactaret aes in gazophiliatum. Et multi diuites iacta-
bant multa. Cum uenisset autem una uidua pauper.
misit duo minuta quod est quadrans. Et conuocans
discipulos suos. ait illis. Amen dico uobis. quia uidua

haec pauper plus omnibus misit. qui miserunt
in gazo filatium. Omnes enim ex eo quod abun-
dabat illis miserunt. Haec uero de penuria sua
omnia quae habuit. misit totum uictum suum.

Et cum egredere-
tur de templo. ait illi unus ex disci-
pulis suis. Magister. aspice quales lapides. et
quales structurae. Et respondens ih̄c. ait illi.
Uides has omnes magnas aedificationes. non re-
linquetur lapis super lapidem qui n̄ destruat-
ur.

XI. **E**t cum sederet in monte oliuarum contra templū.
interrogabant eum separatim petrus et iacobus.
et iohannes et andreas. Dic nobis. quando ista
fient. et quod signum erit. quando haec omnia
incipient consummari. Et respondens ih̄c. coepit
dicere illis. uidete. ne quis uos seducat. multi
enim ueniunt in nomine meo dicentes quia ego
sum. et multos seducunt. Cum audieritis autem
bella. et opiniones bellorum. ne timeatis.
Oportet enim fieri. sed nondum finis. Exsurget
enim gens sup̄ gentem et regnum sup̄ regnum.



et erunt terremotus prolix et fames. In tunc dolorum haec.

^{Mcccviii.}
⁷¹
^{Mcccxi.}
^{Lxxv.}
^{Lxxvi.}
^{Lxxvii.}
Videte autem uosmetipsos. Tradent enim uos in conciliis. et in synagogis uapulabitis. Et ante praesides et reges stabitis propter me. in testimonium illis.

^{Mcccl.}
^{Mccclvi.}
Et in omnes gentes. primum oportet praedicare euangelium.

^{Mccclvii.}
^{Mccclviii.}
^{Lxxviii.}
^{Lxxviiii.}
^{Lxxviiii.}
^{Lxxviiii.}
Et cum duxerint uos tradentes. nolite praecogitare quid loquamini. sed quod datum uobis fuerit in illa hora. id loquimini. Non enim uos estis loquentes. sed spiritus sanctus. Tradet autem frater fratrem in morte. et pater filium. Et consurgent filii in parentes. et morte afficient eos. Et eritis odio omnibus. propter nomen meum. Qui autem sustinuerit in finem. hic saluus erit.

^{Mccclxii.}
^{Mccclxiii.}
Cum autem uideritis abominationem desolationis stantem ubi non debet. qui legit. intellegat.

^{Mccclxiiii.}
^{Mccclxv.}
^{Lxxviiii.}
^{Lxxviiii.}
Tunc qui in iudea sunt. fugiant in montes. et qui super tectum. ne descendat in domum. nec introeat ut tollat quid de domo sua. Et qui in agro erit. non reuertatur retro tollere uestimentum suum.

^{Mccclxvi.}
^{Mccclxvii.}
^{Lxxviiii.}
Vae autem praegnantibus et nutriendis. in illis diebus.

^{Mccclxviii.}
^{Mccclxviii.}
Orae uero. ut hieme non fiant.

Erunt enim dies illi tribulationes tales. quales non fuerunt ab initio creaturae. quam condidit dñs usque nunc. neque fient.

Et nisi breuasset dñs dies. non fuisset salua omnis caro. Sed propter electos quos elegit. breuiavit dies.

Et tunc si quis uobis dixerit. ecce hic est xpc. ecce illic. ne credideritis.

Exurgent enim pseudo xpi. et pseudo prophete. et dabunt signa et portenta. ad seducendos. si potest fieri etiam electos. Uos ergo uidete. ecce p̄ dixi uob omnia. Sed in illis diebus post tribulationem illā. sol contenebrabitur. et luna non dabit splendorem suum. et stellae caeli erunt decedentes. et uirtutes quae sunt in caelis mouebuntur.

Et tunc uidebunt filium hominis uenientem in nubibus. cum uirtute multa et gloria. Et tunc mittet angelos suos. et congregabit electos suos. a quatuor uentis. a summo terrae. usq. ad summum caeli. A ficu autem. discite parabolam. Cum iam ramus eius tener fuerit. et nuda fuerint

folia. cognoscatis quia in proximo sit aestas.
Sicut uos cum uideritis haec fieri. scitote quod in
proximo sit in otibus. Amen dico uobis. quod non tran-
sibit generatio haec. donec omnia ista fiant. Caelum
et terra transibunt. uerba autem mea non transibunt.

Meliv.
Melv.

Die autem illo. uel hora nemo scit. neque angeli
in caelo. neque filius. nisi pater.

Meliv.
Melv.

Videte. uigilate. et orate. Nescitis enim. quando
tempus sit.

Meliv.
Melv.

Sicut homo qui peregre profectus. reliquit domum
suam. et dedit seruis suis potestatem cuiusque operis.
etiam ut praecipiat. ut uigilet.

Meliv.
Melv.

Vigilate ergo. nescitis enim. quando dominus do-
mus ueniat. sero an in medianocte. an gallicantu.
an mane. ne cum uenerit repente. inueniat uos
dormientes. Quod autem uobis dico.
omnibus dico. uigilate.

XII
Meliv.
Melv.

ERAT AUTEM POST PASCHA ET
post biduum

Meliv.
Melv.

Et quaerebant summi sacerdotes et scribae.

quomodo eum dolotenerent et occiderent. Dice-
bant enim. non in die festo. ne forte tumultus fieret populi.

Et cum esset bethaniae in domo symonis leprosi. et recu-
beret. uenit mulier habens alabastrum unguenti nar-
dis picati praeciosi. Et fracto alabastro. effudit sup-
caput eius. Erant autem quidam indigne ferentes
intra semet ipsos. et dicentes. Ut quid perditio ista
unguenti facta est. poterat enim unguentum istud
uenundari plus quam trecentis denariis. et dari pau-
peribus. Et fremebant in eam. Ihesus autem. dixit.
sinite eam. quid illi molestus estis. bonum opus.
operta est in me. semper enim pauperes habetis
uobiscum. et cum uolueritis. potestis illis benefacere.
me autem. non semper habetis.

Quod habuit haec fecit. praecurrit unguere cor-
pus meum in sepultura. Amen dico uobis. ubicumq.
praedicatum fuerit euangelium istud in uniuerso
mundo. et quod fecit haec. narrabitur in memoria ei.

Et iudas scariothes unus de duodecim. abiit ad sum-
mos sacerdotes. ut proderet eum illis. qui audientes

gausi sunt. et promiserunt ei pecuniam seducturos.
Et quaerebat quomodo illum oportune traderet.
Et primo die azimorum quando pascha immolabant.
dicunt ei discipuli. Quo uisemus et paremus tibi
ut manduces pascha. Et mittit duos ex discipulis
suis. et dicit eis. Ite in ciuitatem. et occurret uobis ho-
mo laqueam aquae uulans. sequimini eum. et
quo cumq. introierit. dicite domino domus. quia
magister dicit. Ubi est refectio mea. ubi pascha cum
discipulis meis manducem. Et ipse uobis demon-
strabit caenaculum grande fixatum. et illic parate
nobis. Et abierunt discipuli eius et uenerunt in ciui-
tatem. et inuenerunt sicut dixerat illis.
et parauerunt pascha.

¶
M. c. lxxi.
¶
M. c. lxxii.
¶
L. c. c. xxi.
¶
L. c. c. xxi.

Vespere autem facto. uenit cum duodecim. et disci-
berat. eis et manducantibus. ait illis. Amen dico
uobis. quia unus ex uobis me tradet. qui manducet
mecum.

¶
M. c. lxxii.
¶
L. c. lxxiii.
¶
L. c. lxxiiii.
¶
L. c. lxxv.

At illi. coeperunt contristari. et dicere ei singillatim.
Numquid ego.



Qui ait illis. Unus ex duodecim. qui intingat mecum
in catino. Et filius quidem hominis uadit. sicut scriptum
est de eo. Uae autem homini illi. per quem filius
hominis tradetur.

Bonum erat ei. si non esset natus homo ille.

Et manducantibus illis. accepit ihc panem. et benedicens.
fregit. et dedit eis et ait. Sumite. hoc est corpus meum.

Et accepto calice. gratias agens dedit eis. et biberunt ex
illo omnes. Et ait illis. Hic est sanguis meus noui testa
menti. qui pro multis effundetur. Amen dico uobis.
quod iam non bibam de genimine uitae. usque in diem illud.
cum illud bibam nouum in regno dei.

Et thymno dicto. exierunt in montem oliuatum.

Et ait eis ihc. Omnes scandalizabimini in nocte ista.
quia scriptum est.

Percutiam pastorem. et dispergentur oves. sed postquam
resurrexero. praecedam uos in galileam.

Petrus autem ait ei. Et si omnes scandalizati fuerint.
sed non ego. Et ait illi ihc. Amen dico tibi. quia tu hodie
in nocte hac. prius quam bis gallus uocem dederit. ter.

me et negaturus

Aclxxx.
Mcccxx.

Aille amplius loquebatur. Et si oportuerit me
simul commortari. non te negabo. Similiter autem
et omnes dicebant

Rplxxx.
Mcccxi.

Et ueniunt in praedium cui nomen gethsemani.

Lucolxxxviii.
Ioelvi.
Mplxxx.
Mcccxi.

Et ait discipulis suis. Sedete hic. donec orem.

Et assumit petrum et iacobum et iohannem secum.
et coepit praeuere et praedere.

Mlxxxiii.
Mcccxi.
Ioelvi.

Et ait illis. Tristis est anima mea. usque ad mortem.
Sustinete hic. et uigilate.

Rplxxx.
Mcccxi.
Lucolxxxvi.
Ioelvi.

Et cum processisset paululum. prociat super
terram et orabat. ut si fieri posset. transiret ab eo hora.
Et dixit. Abba pater. omnia tibi possibilis sunt.
transfer calicem hunc a me.

Mclxxxv.
Mcccxi.
Lucolxxxvii.
Ioelvi.
7xlii.

Sed non quod ego uolo. sed quod tu. Et uenit et
inuenit eos dormientes. et ait petro. Simon dor-
mis. non potuisti una hora uigilare?

Mclxxxvii.
Mcccxi.
Lucolxxxviii.
7ccclxxxiii.

Vigilate et orate. ut non intretis in temptationem.

Mclxxxviii.
Mcccxi.
Ioelvi.
Mclxxxviii.
Mcccxi.

Spiritus quidem promptus. caro uero infirma.

Et iterum abiens. orauit eundem sermonem dicens.

Et reuersus de nouo. inuenit eos dormientes. Erant enim
oculi illorum grauitati. et ignorabant quid responde-
rent ei.

Et uenit tertio. et ait illis. Dormite iam. et requiescite.
sufficit. uenit hora. ecce tradetur filius hominis in
manus peccatorum. surgite. examus. ecce
qui me tradet. prope est.

Et adhuc eo loquente. uenit iudas scarioth. unus
ex duodecim. et cum illo turbamulta cum gladiis et
lignis. et summis sacerdotibus et scribis. et senioribus.

Quidam autem traditor eius signum eis. dicens.
quemcumque osculatus fuero. ipse est. tenete eum.
et ducite eum. Et cum uenisset. statim accedens
ad eum. ait. Rabbi. et osculatus est eum. et illi
manus iniecerunt in eum. et tenuerunt eum.

Unus autem quidam de circumstantibus educens
gladium. percussit seruum summi sacerdotis.
et amputauit illi auriculam.

Et respondens ihc. ait illis. Tamquam ad latro-
nem existis cum gladiis et lignis comprehendere me.

Cotidie etiam apud uos in templo docens. et non me
tenuistis. sed ut adimpleantur scripturae.

M cccc
M cccv.

Tunc discipuli eius relinquentes eum.
omnes fugerunt.

M cccc
Sol.

Adulescens autem quidam sequebatur eum. amictus
sindone supernudo. et tenuerunt eum. At ille racta
sindone. nudus profugit ab eis.

M cccc
M cccvi.
L v ccc
L c lxxv.

Et adduxerunt ih̄m ad summum sacerdotem. et con
uenerunt omnes sacerdotes et scrib̄e et seniores.

M cccc
M cccvii.
L c lxxvi.

Petrus autem. a longe secutus est eum. usq. intro interi
um summi sacerdotis. Et sedebat cum ministris. et
calefaciebat se ad ignem.

M cccc
M cccviii.
L c cccvii.

Summi uero sacerdotes. et omne concilium quere
bant aduersus ih̄m testimonium. ut eum mortua
derent. nec inueniebant. Multi enim testimoniū
falsum dicebant aduersus eum. et conuenientia
testimonia non erant.

M cccc
M cccviiii.

Et quidam surgentes falsum testimonium ferebant
aduersus eum dicentes. quō nos audiimus eum di
centem. Ego dissoluam templum hoc manufactū.

et per triduum aliud ^{non} manufactum aedificabo.

Et non erat conueniens testimonium illorū.

XIII. ET EXURGENS SUMMVS SACERDOS

in medium. interrogauit ih̄m dicens. Non respon-

des quicquam ad ea quae tibi obiciuntur ab his? Ille

autem tacebat. et nihil respondit. Rursum summus

sacerdos interrogabat eum. et dixit ei.

Tu es xpc filius benedicti?

Ih̄s autem dixit illi. Ego sum. Et uidebitis filium ho-

minis ad dextris sedentem uirtutis. et uenientem

cum nubibus caeli.

Summus autem sacerdos scindens uestimenta sua. ait.

Quid adhuc desideramus testes? Audistis blasphemiam;

quid uobis uidetur? qui omnes condempnauerunt

eum. esse reum mortis.

Et coeperunt quidam conspuere eum. et uelare faciem

eius. et colaphis eum cedere. et dicere ei. Prophetiza.

et ministri alapis eum cedebant.

Et cum esset petrus in atrio deorsum. uenit una ex

ancillis summi sacerdotis. Et cum uidisset petrum

calefacientem se. aspiciens illum ait. Et tu cum ihu
naxareno eras. At ille. negavit dicens. neque
scio. neque noui quid dicas.

¶
M cxxv.
¶
M cxxvi.
L cxxvii.
L cxxviii.

Et exiit foras ante atrium. et gallus cantauit.
Rursus autem cum uidisset illum ancilla. coepit
dicere circumstantibus. quia hic ex illis est. At ille.
iterum negavit. Et post pusillum. rursus qui
astabant. dicebant petro. Uere ex illis es. Nam et
galilaeus es. Ille autem coepit anathematizare et
iurare. quia nescio hominem istum quem dicatis.

¶
M cxxvii.
¶
M cxxviii.
L cxxviiii.

Et statim iterum gallus cantauit.
Et recordatus est petrus uerbi quod dixerat ihesu.
priusquam gallus cantet bis. ter me negabis.
Et coepit flere.

¶
M cxxviii.
¶
M cxxviiii.
L cxxviiii.

Et confestim mane consilium facientes summi sa
cerdotes cum senioribus et scribis.
et uniuerso concilio.

¶
M cxxviiii.
¶
M cxxviiii.
L cxxviiii.
L cxxviiii.

Vincientes ihesum. duxerunt et tradiderunt pilato.
Et interrogauit eum pilatus. Tu es rex iudeorum.
At ille. respondens ait illi. Tu dicis.

¶
M cxxviiii.
¶
M cxxviiii.
L cxxviiii.
L cxxviiii.

Et accusabant eum summi sacerdotes in multis. Pi-
 latus autem rursus interrogauit eum dicens. Non
 respondes quicquam? uide. in quantum te accusant.
 Ihesus autem amplius nihil respondit. ita ut miraretur pilatus.
 Per diem autem festum. dimittere solebat illis unum
 ex uinctis quemcumque petissent.

¶ Erat autem qui dicebatur barabbas. qui cum seditio-
 nis erat uinctus. qui in seditione fecerat homicidium.
 Et cum ascendisset turba. coepit rogare. sicut semper faci-
 ebat illis. pilatus autem respondit eis. et dixit. Uultis
 dimittam uobis regem iudeorum? sciebat enim. quod
 per inuidiam tradidissent eum summi sacerdotes.

¶ Pontifices autem. concitauerunt turbam. ut magis ba-
 rabban dimitteret eis.

¶ Pilatus autem. iterum respondens ut illis. quid ergo
 uultis faciam regi iudeorum? illi. iterum clamauerunt.
 Crucifige eum. pilatus uero. dicebat eis. quid enim mali
 fecit? illi. magis clamabant. Crucifige eum.

¶ Pilatus autem uolens populo satisfacere. dimisit illis
 barabban. et tradidit ihesum flagellis caesum. ut crucifigeretur.

M. ccvii.
M. ccviii.
L. ccxxv.
L. ccxxvi.

^cMilites autem duxerunt eum in atrium praetorii. intro
et conuocant totam cohortem. et induit eum purpura
et imponunt ei plectentes spineam coronam. et coeperunt
salutare eum. Ave. rex iudeorum. Et percutiebant
caput eius arundine. et conspucebant eum. et ponentes
genua adorabant eum.

M. ccviii.
M. ccxxvii.

Et postquam illuserunt ei. exuerunt illum purpura
et induerunt illum uestimenta suis. et educunt illum
ut crucifigerent eum.

M. ccviii.
M. ccxxviii.
L. ccxxv.
L. ccxxvi.

Et angariauerunt praetereuntem quem piam symo
nem. cyreneum. uenientem de uilla. patrem alexandri.
et rufi. ut tolleret crucem eius.

M. ccv.
M. ccxxix.
L. ccxxviii.
L. ccxxviii.

Et perducunt illum in golgotha locum. quod est in
interpretatum caluarie locus.

M. ccv.
M. ccxxx.
L. ccxxviii.

Et dabant ei bibere myrratum uinum. et non accepit.

M. ccv.
M. ccxxx.
L. ccxxviii.
L. ccxxviii.

Et crucifigentes eum. diuiserunt uestimenta eius.
mittentes sortem super eis. quis quid tolleret.

M. ccviii.
L. ccxxviii.

Et erat autem hora tertia. et crucifixerunt eum.

M. ccviii.
M. ccxxxv.
L. ccxxviii.
L. ccxxviii.

Et erat titulus causae eius inscriptus. rex iudeorum.

M. ccv.
M. ccxxxvi.
L. ccxxviii.
L. ccxxviii.

Et cum eo crucifigunt duos latrones. unum ad dextris

et alium a sinistris eius.

Et adimpleta est scriptura quae dicit.

ecce cum iniquis reputatus est.

Et praetercuntes blasphemabant eum. mouentes capita sua et dicentes. uix qui destruit templum. et in tribus diebus aedificat. saluum fac te ipsum. descendens de cruce.

Similiter et summi sacerdotes ludentes ad alterutrum cum scribis. dicebant. alios saluos fecit. se ipsum non potest saluum facere. xpc rex israhel. descendat nunc de cruce. ut uideamus et credamus.

Et qui cum eo crucifixi erant.

conuiciabantur ei.

Et facta hora sexta. tenebrae factae sunt per totam terram. usque in horam nonam.

Et hora nona. exclamauit ihc uoce magna dicens. heloi. heloi. lama sababani. quod est interpretatum. deus meus. deus meus. ut quid dereliquisti me. Et quidam de circumstantibus audientes. dicebant.

Ecce heliam uocat.

Mcccxxv
Mcccxxvi
Lcccxxvii

Mcccxxviii
Mcccxxix
Lcccxxx
Lcccxxxi
Lcccxxxii
Lcccxxxiii
Lcccxxxiiii
Lcccxxxv

Mcccxxxvi
Mcccxxxvii

Mcccxxxviii
Mcccxxxix
Lcccxl
Lcccxli

Currentis autem unius et implens spongiam aceto.
circumponensq. calamo. potum dabat ei dicens;
sinte. uideamus si uenit helias addeponendu eum.
Ihesus autem. emissu uoce magnae expirauit.
Et uelum templi scissum est in duo. a sursum usq. deorsu.
Videns autem centurio qui ex aduerso stabat. quia
sic clamans expirasset. ait. uere. homo hic
filius dei erat.
Erant autem mulieres de longe aspicientes. inter
quas erat maria magdalena. et maria iacobi minoris.
et ioseph mater. et salome. Et cum esset in galilea seque
bantur eum et ministrabant ei. et aliae multae quae
simul cum eo ascenderant hierosolimam.
Et cum iam sero esset factum. quia erat parasceue.
quod est ante sabbatum. uenit ioseph ab arimathia
nobilis decurio. qui et ipse erat expectans regnu dei.
Et audacter introiit ad pilatum. et petiit corpus ihu.
Pilatus autem mirabatur. si iam obisset. Et accessit
centurione. interrogauit eum. si iam mortuus esset.
Et cum cognouisset a centurione. donauit corpus ioseph

cc. cc. xxviii.
M. ccc. xlvi.
L. ccc. xxxii.
L. ccc. viii.

Ioseph autem mercatus sindonem. et deponens eum
inuoluit sindone. et posuit eum in monumento
quod erat excisum de petra. Et aduoluit lapidem.
ad ostium monumenti.

M. ccc. xxviii.
L. ccc. l.

Maria autem magdalena et maria ioseph. aspi-
ciebant ubi poneretur.

M. ccc. xxx.
L. ccc. xxx.

Et cum transisset sabbatum. maria magdalena. et
maria iacobi et salome. emerunt aromata ut ue-
nientes unguerent eum.

M. ccc. xxxi.
M. ccc. lvi.
L. ccc. xxxvi.
L. ccc. viii.

Et ualde mane una sabbatorum ueniunt ad monu-
mentum. orto iam sole. Et dicebant ad inuicem.
Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti.
Et respicientes. uiderunt reuolutum lapidem.
Erat quippe magnus ualde. Et introeuntes in mo-
numentum. uiderunt iuuenem sedentem in dex-
tris. cooptum stola candida. et obstupuerunt.

M. ccc. xxxvii.
M. ccc. lxi.
L. ccc. xxxvii.

Qui dicit illis. Nolite expauescere. Ihesum queritis
nazarenum. crucifixum. surrexit. non est hic.
Ecce locus. ubi posuerunt eum. Sed ite dicite disci-
pulis eius et petro. quia precedit uos in galileam.

Ibi cum uidebitis. sicut dixit uobis.

R. M. cc. xxviii.
A. M. cc. lxxviii.
L. M. cc. xxxviii.

Alle exeuntes. fugerunt de monumento. In uisere enim eas tremor et pavor. et nemini quicquid dixerunt timebant enim. Surgens autem mane prima sabbati. apparuit primo marie magdalene. de qua eiecerat septem demonia. Illa uadens. nuntiavit his qui cum eo fuerant. lugentibus et flentibus. Et illi audientes quia uiueret et uisus esset ab eis. non crediderunt. Post haec autem duobus ex eis ambulanti. ostensus est in alia effigie. euntibus in uillam. Et illi euntes nuntiauerunt ceteris. nec illis crediderunt.

R. M. cc. xxxiiii.
X.
Sol.

Nouissime recumbentibus. illis undecim apparuit. et exprobrauit incredulitatem illorum. et duritiam cordis. Quia his qui uiderant eum resurrexisse. non crediderunt. Et dixit eis. Euntes in mundum uniuersum. predicate euangelium omni creaturae. Qui crediderit et baptizatus fuerit. saluus erit. Qui uero non crediderit. condemnabitur. Signa autem eos qui crediderint. haec sequentur. In nomine meo demonia eicient. linguis loquentur nouis. ser-

pentes tollent. Et si mortiferum quid biberint. non
 eos nocebit. Super aegros manus imponent. et
 bene habebunt. Et dñs quidem ih̄c postquam lo
 cutus est eis. assumptus est in celum. et sedit
 ad dextris dī. Illi autem profecti. predicauerunt
 ubique. Dño cooperante et sermonem confirman
 te. sequentibus signis.

**EXPLICIT EUVANGELIUM
 SECUNDUM MARCUM.**

INCIPIT ARGUMENTUM EUANGELII
SECUNDUM LUCAM

Lucas frater antiochenus. arte medicus. discipulus apostolorum. postea paulum secutus. usque ad confessionem eius seruens domino sine crimine. Nam neque uxorem unquam habens neque filios septuaginta et quattuor annorum obiit in bithynia plenus spiritu sancto. Qui cum iam scripta essent euangeliu per mattheum quidem in iudea. per marcum autem in italia. sancto instigante spiritu in achae partibus scripsit euangelium. significans etiam ipso in principio ante alia esse descripta. cui extraeque ordo euangelice dispositionis exposcit. Ca maxime necessitas laboris fuit. ut primum grecis fidelibus. omni prophetatione uenturi in carne dei christi manifestata humanitas. ne iudicis fabulis. et terti in solo legis desiderio tenerent. neue hereticis fabulis et stultis sollicitationibus. seducti. excederent a ueritate elaboraret. Dehinc ut in principio euangeliu iohannis natiuitate

hoc



presump̄ta cui euangeliū scriberet. et in quo
 electus scriberet indicaret. contestans in se
 completa eēt. quia essent ab alius inchoata.
 Cui ideo post baptismū filii dī. a perfectione
 generationis in xp̄o impletē. repetende a
 principio natiuitatis humanae potestas
 permisa est. ut requirentib. demonstra
 ret. in quo adprehendens erat. per nathan
 filium in troitum recurrentis in dñm gene
 rationis. admissio in disparabilis dī predi
 cans in hominib. xp̄m suum. p̄fecti opus
 hominis redire in se per filium faceret.
 qui per dauid patrem ueniens. iter
 praebat in xp̄o; Cui luce non in merito
 etiam scribendorū apostolicorum actu
 um potestas in misterio datur. ut dō in
 dō plenum. et filio perditionis extinc
 to. oratione ab apostolis facta. sorte dñi
 electionis numerus compleretur; Sicq.
 paulus consumationē apostolicis actib.

daret. quē diu contra famulum recalci-
trantē dñs eligisset. Quod et legentib.
ac requirentib. dñm. et si per singula
expediri a nobis utile fuerat. scientiam
quod operantē agricolam oporteat de
fructib. suis edere. utta uimus publicā
curiositatē. ne non tam uolentibus dñm
uideremur. quam fastidientibus prod
esse. **EXPLICIT ARGUMENTUM**

I Zacharias uiso angelo. quia non credidit omniu-
tuit. Elisabeth uxor eius concepit. Maria quoq.
despū scō cum concepisset. salutauit elisabet. Elisa-
bet salutata. prophetauit et peperit. et ut nomen
filii sui iohannis. zacharias scripsit. Locutus est. ac filiū
precurū andnm prophetauit. Postea quā peperit
maria ihm. infantē in presepio posuit. quē pastores
iuxta angelorū indicia inueniunt. quique octaua
die circūcidit.

II Simeon iustus xpm manib. sumptū benedicit. Anna
prophetissa uidua. multa de xpo prophetat. Ihs anno.

duodecū. in templo cū doctorib. legis inuentus. in patris
se esse oportere p̄nuntiat.

III Anno quindecimo tiberii cesaris. pilato curante.
iohannes baptista. penitentiam predicat. et fortiore xpm
uenturū designat. Quo baptizato. columbae figura sp̄s sup̄
descendit. uox etiā de celo filiū dī indicat. quē putabant
filium ioseph.

IIII Ductus in desertū ihs. quadraginta dieb. ieiunauit. et di
abolo temptatus uicit. Regressus in galileā docet. sabbatis
synagogā ingressus. etiā se signare. ac nullū p̄phetā in patria
sua diē acceptū. De qua eiectus apud capharnaū hominē a
daemonio sabbatis liberat. et socerū simonis a febr̄ib. et multos
male habentes curat. et daemona se confitentia increpat. de
nauis alloquit̄. de qua pisces multos capifacit. Ubi etiā petrū.
iohannē. et iacobū elegit. Leprosū mundat. in deserto orat.
V Paralicū dimissum p̄ tectū ihs a peccatis et ab infirmitate
liberat. Leui publicanū sequi iubet. apud quē murmu
rantib. phariseis cenans. diē. sanis non ^{est} opus medicum. et
de ieiunio disputans parabola panni et utriū ponit.
spicas uellentib. discipulis. panes propositionis cōmemorat.

Homine manū aridam habentē sabbatis curat. in orati
one pnoctat. Apostolos elegit. turbas alloquitur. be
attudinē aliorū. et aliorū infelicitatē pmittens.
parabolā proferens de ductu ceci. et magistri et di
scipuli. et festuce in oculo et trabis. et arboris boni
fructus et mali. et hominē qui domū supra petra uel
sup arenā aedificat.

VI Centurionis puerū curat. vidue filiū resuscitat.
Iohannes discipulos mittit ad ihm. Et xps de iohanne
loquitur. subnectens similitudinē puerorū in foro
sedentiū. mulier peccatrix lacrimis pedes xpi lauat
et unguet. pp̄t quā parabola dī creditoris. qui parū
et multū concedit. in itinere sequentib. se turbis
et mulierib. que curate erant. similitudinē seminan
tis diē. cuius semen in bonā terrā et petrosā cecidit. Lu
cernā non sub uas. sed sup candelabrū poni. Matrē et
fratres repudiat. Nauigans post somnū tempestatē
sedat. hominē a maledictione liberat.

VII Iairi filiā dū iret suscitare. mulierē a profluuii libe
rat. puellā uiuificat.

Viii Mittens discipulos predicare. data eis omni potestate. quib. herode mirante reuersis. in deserto quinq. panib. et duob. piscib. quinq. milia uiroꝝ satiatur. In terrogans que sedicerent turbæ. a petro xps decla ratur. et monet abnegatis omib. crucẽ tolli. et se insequi. designans eẽ. illic qui mortẽ non gustarent. ante uisionẽ gloriæ ei;

Viiii. In montẽ assumpto petro. iohanne et iacobo. xps trans figuratur. inter moysen et heliã uisus. ubi tra taberna cula petrus debere fieri dicit. et nube obumbrantur. ac uox cœlestis filiũ declarat. puerũ lunaticũ liberat. ac se tradi habere pñuntiat. et cogitantes discipulos. quis eorũ maior eẽt. ac non phibendũ. qui in nomine suo uirtutes faciat. Samaritanis non recipitur. et uo lentes apostolos ignẽ sup eos descendere increpat. sequi uolenti se non habere ubi caput reclinat. et predicit. alterũ tam ipsa etiã patris morte inẽmissa assequendũ eligit. et alio uolenti suis primũ renuntiari. aratoris figuram ponit retro aspicientis.

X Eligit Lxx duo quos mittit ad predicandũ. ipse uero increpat

ciuitates. et reuersos discipulos. ex eo die feliciores. quod
eorū nomina in celo essent scripta. ob quā rem gratias agit
patri. qđ bona sint paruulis reuelata. et om̄a sibi a patre
tradita manifestat. quē neminē nisi filiū nosse decla
rat. Beatosq. oculos qui uiderint id quod pphetis ^{con} non
tigit. a legis perito temptat. mandata que fieri pre
cepit dñs parabolā uulnerati. quē leuita & sacerdotē
pretereunte. samaritanus colligit. apud marchā mariae
partē collaudat.

XI **P**ost orationē ppriā. docet orationē. et parabolā ponti
eius. qui pp̄t taediū dat postolanti panē. petendū
eē. querendū. pulsandū. exemplo asserens. demoniū eiciens.
In principē demoniorū idē pharisei opinantes destruxit.
beatosq. diē. qui audiunt uerbū et custodiunt. Dans signū
ione. et reginae auferi. et nimittas in iudicio dē fore beatos.
et lucernā sup candēlabrū poni. et qđ oculus sic lucerna
corporis. apud phariseū inuitatus. Lauandū potius. qđ
intē ē. elemosinis spūntiat. increpat multos phariseos.
et legis doctores.

XII **P**hariseis uolentib. cū eo contendere. discipulos palā docet.

ut eorū fallaciā cauevit. et eū timeant. qui potest post
 mortē in gehennā mittere. et plaris esse discipulos. et pas
 serib. di pondio ualentib. et negantē se negaturū. et peccan
 ti in spū scō non remittendum. et non cogitari dū quid
 apprehensus loquat̄. petenti respondit se non eē diuiso
 rō hereditatis. Similitudinē ei: cui multa nata sunt. cuius
 anima eadē nocte peteret̄. ac docet exemplis non cogitan
 dū de crastino. faciendāq. elemosinā om̄ib. uenditis. et uigi
 landū dicens petro. felicē eē. bonū dispensatorē. inde. et
 ignē mittore sup. terrā non pacē; Turbis quoq. dī. quod
 faciē celi cognoscerent. tempora non intellexerent. quos
 monet. ut dū in uia essent. reconciliarent̄ ad uersario.
 ne reclusi non exir̄ donec nouissimā quadrantē redderent.

Cum enuntiatū fuisset galileos occisos. monet agendā poeni
 tentiā. parabolā ficulneę subiungens. quā dñs eū infructu
 osā uellet excidi. cultor statim postulauit. Cū mulierē an
 nis decē et nouē. curiā et exisset. indignantē archisynago
 gū increpat. Unde similitudinē grani sinapis subiungit. ex q̄
 arbor maior holerib. nascit̄. et fermenta q̄ absconditū mulier
 in farina. Aut introeat p̄ angustū ostiū necludatur;

Phariseis ei dicentib. quia herodes eū uellet occidere. Dic
eū uulpē. et pphetā extra hierlm non perire. Et increpat
hierusalē.

XIII **S**abbatis curat h̄dropicū. discumbendi dat ordinē. inui
tantē hortatur pauperes pascere. similitudinē iungens
hominis qui excusantib. inuitatis. cecos. cludos. debiles
uocauit. et turbas de plateis hortatur. omnē affectionē
propter se relinquendā. parabolā ponens turri adifica
re uolūntis.

XV **S**alfatuū esse non debere. murmurantib. phariseis
de conuiuio pastorū. Dat similitudinē pastoris p̄p̄o
unā ouē. xē nouē relinquentis. et mulierē quae
unā dragma p̄ditā inueniens gaudet. Sed et ho
minis q̄ duob. filis suis substantiā diuisit. ex quib.
iunior p̄dize egit. p̄q̄ uitulus occiditur. de dispen
satore p̄dizo qui sapienter ^{fecit} egit. et ideo exemplis hor
tat̄ operandū. et deridentes eū phariseos increpat.
Legē et pphetas usq. ad iohannē dicens. ac m̄echanē
ostendit qui sua dimissa. accipit uxore. et ab alio dimis
sam ducit.



Xvi. Parabolā de diuitis et lazaro. et nec minimū de creden-
 tib. scandalizandū. atq. omnia accepta fr̄i remittenda.
 et quod fides ut granū sinapis transferat arbore morum
 mare. quoq. seruitū exhibendū. Decē leprosi curantē
 ex quibus unus reuersus ih̄m sequitur gratus agens
 dō. Intra nos cē regnū dī. Regnū autē ipsum iuxta exē-
 plū noe uel loth subito uenire. actunc aliū assumi. et
 aliū relinqui. et ubi fuerit corpus illic aquilae. Simi-
 litudinē uidue rogantis et iudicis iniqui. et duorum
 in templo orantiū. et infantes non prohibendos. Similitu-
 do diuitis et cameli facilius p̄foramen acus transire.
 et omnia hic relinquenda.

Xvii. Cum discipulis aduentura sibi indicaret. cecū mendican-
 tē curauit. Zacheū collaudat dimidiā substantiam
 pauperib. offerentē. et similitudinē de eo quid decem-
 minas iturus ad regnum seruis suis distribuit. et de exi-
 tio eorum qui eum regō recusauerunt. Super pullū
 a sine sedit. et super hierusalē fleuit. et uentura ei
 predicat. Ibi de templo mensas euerit. et columbas
 uendentes eiectio. Phariseos interrogantes in qua potes

tate haec faceret. de baptismo iohannis interrogat. para-
bolā subiungens eius. qui cū seruos misisset ad uineā. postea
filiū misit. et de lapide ab aedificatorib. reprobat.

Xviii **T**emptatus de tributo. respondit de muliere^{te} que^{te} vii.
uiros habuit. addidit de se interrogans quomodo xp̄e
filius dauid esset. cū eū ipse dñm dicit. et monet ab
scribis cauendū. uidiuā laudat que in donario duo mi-
nuta misit. De templi structure. et de futura persecutio-
ne. et de exatū hierusalē. et fine sc̄i. De aduentu xp̄i in ma-
iestatē. et similitudine ficulney. et monet uigilandū.

Xviiii **D**e azimorū die adpropinquante. iudas de monete plebis.
de tradendi tempus. pecunia sibi p̄missa. et discumbentib.
secū discipulis sacramentū panis et calicis ostendit. ac tradito
rē designat. Certantib. de gradu. cū presertim qui ministrat.
et petro dicit quod eū esset negaturus. ac monitis discipulis
ut uendito uestimento emerent gladiū. pergit ad mortē oliueti.
qui cū orasset. discipulos excitat dormientes.

Xx **A**ntecedente iuda. uento turba. et osculo traditur xp̄s. et
petrus auriculā seruo abscedit. Ducto ih̄u ad domum
principis sacerdotū. Petrus ibi ter negauit. xp̄s deludat.



interrogatus a iudeis. a pilato et ab herode. actunc in manu
 etiam pilatus et herodes redeunt. barabbas dimittitur.
 et ihs iudeis crucifigendus tradit. qui plangentibus eum
 mulieribus. ut sese magis plangerent dixit. et inter latro-
 nes fixus. aceti potum accepit. Titulo rex designatus. a quo
 unus ex latronibus. credens ad paradysum ducitur. ab hora
 sexta. usque ad nonam dies obscuratus est. et tunc spiritum emitten-
 te. uelut templi scis factus est. Quibus uisus centurio et qui uiderant
 dominum magnificavit; Ioseph postulat corpus et sepelit. quod
 mulieres requirentes. non inueniunt.

Nuntiant mulieres angelorum uisionem nec credunt disci-
 puli. cunctes duo ad caestellum in panis fractione christum
 cognoscunt. et reuersi discipulis indicant. quibus ihs appa-
 ruit. et plagas non credentibus. ostendit. ac piscem in fau-
 edendum accipit. alloquitur apostolos. et cor eorum aperit
 ad intellegendum quod hoc compati oportuerit. et ut
 illic essent donec in eos ueniret uirtus admonuit. Tunc
 benedixit eos et recessit. reliquitque laudantes dominum in templo;
EXPLICIUNT CAPITULA.

in̄c falsis testib. contemnat^r. & illudic̄. petrus testis abnegat & la.
 crimat^r. in̄c p̄lato tradit^r. & iudas laqueo se suspendit. De agro figu
 li. iudicium p̄lati & de barabba latrone.

Assionū & sepultura & resurrectio eius. Item q. mandata & doctrina eius.

De baptismo.







REVM. SICVT TRADIDERUNT HOBIS
 qui ab initio ipsi uiderunt. et ministri fuerunt ser-
 monis. uisum est et mihi a secundo a principio omni-
 bus diligenter ex ordine tibi scribere optime theo-
 phile. ut cognoscas eorum uerborum. de quibus
 eruditus es ueritatem.

FUIT IN DIEBUS HERODIS REGIS IUDEE.
 sacerdos quidam nomine zacharias. de uice abia.
 et uxor illi de filiabus aaron. et nomen eius elisa-
 beth. Erant autem iusti ambo ante dñm. ince-
 dentes in omnibus mandatis et iustificationib.
 dñi sine querela. Et non erat illis filius. eo
 quod esset elisabeth sterilis. et ambo processis-
 sent in diebus suis. Factum est autem cum
 sacerdotio fungeretur. in ordine uicis suae an-
 te dñm. secundum consuetudinem sacerdoti.
 softe exiit ut incensum poneret. ingressus in
 templum dñi. Et omnis multitudo erat po-
 puli orans foris. hora incensi. Apparuit autē
 illi angelus dñi. stans ad dextris altaris incensi.

Et zacharias turbatus est uidens. et timor irruit
super eum. At autem ad illum angelus. Ne
timeas zacharia. quia exaudita est deprecatio
tua. et uxor tua elisabeth pariet tibi filium. et
uocabis nomen eius iohannem. Erit gaudium
tibi et exultatio. et multi in natiuitate eius gau-
debunt. Erit enim magnus coram domino. et ui-
num et siceram non bibet. Et spiritu sancto replebitur
adhuc ex utero matris suae. et multos filiorum
israhel conuertet ad dominum deum ipsorum. Et ipse
precedet ante illum in spiritu et iustitie heliae. ut
conuertat corda patrum in filios. et incredibiles
ad prudentiam iustorum. Parare domino. plebem
perfectam. Et dixit zacharias ad angelum.
Unde hoc sciam. Ego enim sum senex. et uxor
mea processit in diebus suis.

Lvii
81.

Et respondens angelus. dixit ei. Ego sum ga-
briel qui sto ante dominum. et missus sum loqui ad
te. et hec tibi euangelizare.

Lviii
82.

Et ecce eris tacens. et non poteris loqui. usque.

indiem quo haec fiant. pro eo quod non credidisti
 uerbis meis quae implebuntur in tempore suo.
 Et erat plebs expectans zachariam. et mirabantur
 quod tardaret ipse in templo. Egressus autem.
 non poterat loqui ad illos. et cognouerunt quod
 uisionem uidisset in templo. Et ipse erat innu-
 ens illis. et permansit mutus. Et factum est ut
 impleti sunt dies officii eius. abiit in domum suam.
 Post hos autem dies concepit elisabeth uxor eius.
 et occultabat se mensibus quinque. dicens. Quia sic
 fecit mihi dominus in diebus quibus respexit auferre
 ob probrium meum inter homines. In mense autem
 sexto. missus est angelus gabriel ad domum in ciuita-
 tem galileae. cui nomen nazareth. ad uirginem
 desponsatam uiro. cui nomen erat ioseph. de do-
 mo dauid. et nomen uirginis maria. Et ingres-
 sus angelus ad eam. dixit. Aue. gratia plena.
 dominus tecum. benedicta tu in mulieribus. quae
 cum audisset. turbata est in sermone eius. et
 cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait

angelus ei. Ne timeas maria. inuenisti gratiam
apud dñm. Ecce concipies in utero. et paries filium.
et uocabis nomen eius ih̄m. hic erit magnus.
et filius altissimi uocabitur. Et dabit illi dñs
dñs sedem dauid patris eius in eternum. et regna
bit in domo iacob in eternum. et regni eius non
erit finis; dixit autem maria ad angelum.
Quomodo fiet istud quō uirum non cognosco?
Et respondens angelus. dixit ei. sp̄s sc̄s super
ueniet in te. et uisus altissimi obumbrabit tibi.
Ideoq; et quod nascetur sc̄m. uocabitur filius
dñi. Et ecce elisabeth cognata tua. et ipsa conce
pit filium in senectute sua; Et hic mensis est
sextus illi que uocatur sterilis. quia non erit
impossibile apud dñm omne uerbum; dixit
autem maria. Ecce ancilla dñi. fiat mihi
secundum uerbum tuum; Et discessit ab illa
angelus. Exurgens autem maria in diebus
illis. abiit in montana cum festinatione in ci
uitatem iuda. et intrauit in domum zachariae.

et salutauit elisabeth. Et factum est ut audiuit
 salutationem marie elisabeth. exultauit infans
 in utero eius. Et repleta est spiritu sancto elisabeth. et
 exclamauit uoce magna et dixit. benedicta
 tu inter mulieres. et benedictus fructus uentris
 tui. Et unde hoc mihi ut ueniat mater domini mei
 ad me. Ecce enim ut facta est uox salutationis
 tue in auribus meis. exultauit in gaudio infans
 in utero meo. Et beata que credidit. quo per
 ficientur ea que dicta sunt ei a domino. Et ait
 maria. Magnificat anima mea dominum. et exul
 tauit spiritus meus. in domino salutari meo. Quia re
 spexit humilitatem ancille sue. ecce enim ex
 hoc beatam medicent omnes generationes.
 quia fecit mihi magna qui potens est. et sanctum
 nomen eius. Et misericordia eius in progenies
 et progenies. timentibus eum. fecit potentiam
 in brachio suo. dispersit superbos mente cordis
 sui. deposuit potentes de sede. et exaltauit
 humiles. Esurientes impleuit bonis. et diuites

dimisit inanes. suscepit israhel puerum suum.
memorari misericordiae suae. sicut locutus est
ad patres nros. abraham et semini eius in secula.
Mansit autem maria cum illa quasi mensibus
tribus. et reuersa est in domum suam.
Elisabeth autem impletum est tempus pari
endi. et peperit filium. Et audierunt uicini
et cognati eius quia magnificauit dñs miseri
cordiam suam cum illa. et congratulabantur ei.
Et factum est in die octauo. uenerunt circumci
dere puerum. et uocabant eum nomine patris sui
Zachariam. Et respondens mater eius. dixit.
Nequaquam. sed uocabitur iohannes. Et dixe
runt ad illam. Quia nemo est in cognatione tua.
qui uocetur hoc nomine. Innuebant autem pa
tri eius. quem uellet uocari eum. Et postulans
pugillarem. scripsit dicens. iohannes est nomen
eius. Et mirati sunt uniuersi. Apestum est autē
ilico os eius et lingua eius. et loquebatur bene
dicens dñm. Et factus est timor super omnes

uicinos eorum. et super omnia montana iudeae.
 diuulgabantur omnia uerba haec. Et posuerunt
 omnes qui audierant in corde suo. dicentes;
 quid putas puer iste erit? Et enim manus dñi. erat
 cum illo. Et zacharias pater eius impletus est
 spũ scõ. et prophetauit dicens; benedictus dñs
 dñs israhel. quia uisitauit et fecit redemptionem.
 plebi suae. Et erexit cornu salutis nobis. in domo
 dauid pueri sui. sicut locutus est per os scõrum.
 qui a seculo sunt prophetarum eius. salutem ex
 inimicis nr̃is. et de manu omnium qui oderunt
 nos. Ad faciendam misericordiam cum patribus
 nr̃is. et memorari testamenti sui sc̃i. Ius iurandũ
 quod iurauit ad abraham patrem nr̃m. daturum
 se nobis. Ut sine timore de manu inimicorum
 nr̃orum. liberi seruiamus illi. In sc̃itate et iusti
 tia coram ipso. omnibus diebus nr̃is. Et tu puer
 propheta altissimi uocaberis. preibis enim ante
 faciem dñi parare uias eius. Addendam scientiã
 salutis plebi eius. in remissionem peccatorum

eorum. per uiscera misericordie dñi. in quibus
uisitauit nos oriens ex alto. Illuminare his qui
in tenebris et in umbra mortis sedent. ad dirigē-
dos pedes nostros in uiam pacis. Puer autem cresce-
bat et confortabatur spū. ceterat in desertis usq.
in diem ostensionis suae ad israhel. Factum est
autem in diebus illis. Exiit edictum a cesare au-
gusto. ut describeretur uniuersus orbis. haec
descriptio prima facta est a preside syrie cyrino.
Et ibant omnes ut profiterentur. singuli in sua
ciuitatem. Ascendit autem et ioseph a galilea
de ciuitate nazareth in iudeam ciuitatem dauid.
quae uocatur bethleem. eo quod esset de domo
et familia dauid. ut profiteretur cum maria de-
sponsata sibi uxore pregnante. factum est autē
cum essent ibi. impleti sunt dies ut pareret. Et
peperit filium suum primogenitum. et pannis
eum inuoluit. et reclinauit eum in praesepio. quia
non erat eis locus in diuersorio. Et pastores erant
in regione eadem uigilantes. et custodientes

uigilijs noctis. supra gregem suum. Et ecce angelus
 dñi stetit iuxta illos. et claritas dī circumfulsit illos.
 et timuerunt timore magno. Et dixit illis angelus.
 Nolite timere. Ecce enim euangelizo uobis gau-
 dium magnum quod erit omni populo; quia
 natus est uobis hodie saluator. qui est xps dñs.
 in ciuitate dauid. Et hoc uobis signum. Inuenie-
 tis infantem pannis inuolutum. et positum in
 presepio. Et subito facta est cum angelo multi-
 tudo militie celestis. Laudantium dñm et dicen-
 tium. Gloria in altissimis dō. et in terra pax
 in hominibus. bonę uoluntatis. Et factum est
 ut discesserunt ab eis angeli in celum. Pastores
 loquebantur ad inuicem. Transeamus usq. beth-
 leem. et uideamus hoc uerbum quod factum
 est. quod dñs ostendit nobis. Et uenerunt festi-
 nantes. et inuenerunt mariam et ioseph. et in-
 fantem positum in presepio. Uidentes autē.
 cognouerunt de uerbo quod dictum erat illis
 de puero hoc. Et omnes qui audierunt mirati

sunt. et de his que dicta erant a pastoribus ad ipsos
maria autem conseruabat omnia uerba hec. con
ferens in corde suo. Et reuersi sunt pastores. glo
rificantes et laudantes dñm. In omnibus que
audierant et uiderant. sicut dictum est ad illos.
Et postquã consummati sunt dies octo ut circũ
cideretur. uocatum est nomen eius ihs. quod
uocatum est ab angelo priusquam in utero con
ciperetur. Et postquam impleti sunt dies pur
gationis eius secundum legem moysi. tulerunt
illum in hierusalem. ut sisterent eum dño sicut
scriptum est in lege dñi. Quia omne masculinũ
adaperiens uuluum. sc̃m dño uocabitur. Et
ut darent hostiam secundum quod dictum est
in lege dñi. parturiturum. aut duos pullos co
lubarum

ET ECCE HOMO ERAT IN HIERUSA
lem. cui nomen symeon. Et homo iste iustus
et timoratus. expectans consolationem israhel.
et sp̃s sc̃s erat in eo. Et responsum acceperat

spū scō. non uisurum se moſtem. nisi prius uide
 ret xp̄m dñi. Et uenit in spū in templum. Et cum
 inducerent puerum ih̄m parentes eius. ut facerent
 secundum consuetudinem legis pro eo. et ipse ac
 cepit eum in ulnas suas. et benedixit dñm et dixit.
 Nunc dimittas seruum tuum dñe. secundum
 uerbum tuum in pace. quia uiderunt oculi mei
 salutare tuum. quod paraſti ante faciem omniū
 populorum. Lumen ad reuelationem gentium.
 et gloriam plebis tuae. israhel. Et erat pater eius
 et mater. mirantes super his que dicebantur de illo.
 Et benedixit illis s̄ymeon. et dixit ad mariam ma
 trem eius. Ecce positus est hic in ruinam. et resur
 rectionem multorum in israhel. et in signum cui
 contradicetur. Et tuam ipsius animam pertran
 sibat gladius. ut reuelentur ex multis cordibus
 cogitationes. Et erat anna prophetissa filia
 fanuhel de tribu aſer. haec processerat in dieb.
 multis. et uixerat cum uiro suo annis septem.
 a uirginitate sua. Et haec uidua usq. ad annos

octoginta quattuor. que non discedebat de templo.
ieiunus et obsecrationibus seruiens nocte ac die.
Et hec ipsa hora superueniens confitebatur dño.
et loquebatur de illo omnibus qui expectabant
redemptionem hierusalem. Et ut perfecerunt
omnia secundum legem dñi. reuersi sunt in gali
leam. in ciuitatem suam nazareth. puer autem
crescebat et confortabatur. plenus sapientia.
et gratia dī erat in illo. Et ibant parentes eius
per omnes annos in hierusalem. in die sollempni
pasche. Et cum factus esset annorū duodecim.
ascendentibus illis in hierosolymam. secundum
consuetudinem diei festi. Consummatisq. die
bus cum redirent. remansit puer ih̄s in hierusa
lem. et non cognouerunt parentes eius. Exista
mantes autem illum esse in comitatu. uenerunt
ter diei. et requirebant eum. inter cognatos et no
tos. Et non inuenientes. regressi sunt in hierusa
lem. requirentes eum. Et factum est post tridu
um. inuenerunt illum in templo sedentem. in

medio doctorum. audientem illos et interrogan-
tem eos.

Stupebant autem omnes qui eum audiebant.
super prudentia et responsis eius. Et uidentes
admirati sunt.

Et dixit mater eius ad illum. fili. quid fecisti
nobis sic. Ecce pater tuus et ego. dolentes. quia
rebamus te. Et ait ad illos. quid est quod me
quereratis. nesciebatis quia in his que patris mei
sunt. oportet me esse. Et ipsi non intellexerunt
uerbum. quod locutus est ad illos. Et descendit
cum eis et uenit nazareth. et erat subditus illis.
Et mater eius conseruabat omnia uerba hec. co-
in corde suo. Et ih̄s proficiebat sapientia et ae-
tate et gratia. apud d̄m et homines.

Anno autem quinto decimo imperii tiberii ce-
saris. procurante poncio pilato iudeam. tetrarcha
autem galilee herode. philippo autem fratre
eius. tetrarcha iurtae. et traconitidis regionis.
et lysania abiline tetrarcha. sub principibus



sacerdotum annae et caipha. factum est uerbum dñi
super iohannem zachariae filium in deserto.

Lu viii.
Mt x.
Lc x.

Et uenit in omnem regionem iordanis. predicans
baptismum paenitentiae. in remissionem peccato-
rum: sicut scriptum est in libro sermonum esae
prophetae. Uox clamantis in deserto. parate uia
dñi rectas facite semitas eius. Omnis uallis imple-
bitur. et omnis mons et collis humiliabitur.
eterunt praua indirecta. et aspera in uias planas;
Et uidebit omnis caro. salutare dñi

Lu viii.
Mt x.
Lc x.

Dicebat ergo ad turbas. quae exiebant ut bap-
tarentur ab ipso; genimina uiperarum. quis
ostendit uobis fugere uentura ira. facite ergo
fructus dignos penitentiae. et ne coeperitis dicere.
patrem habemus abraham. dico enim uobis.
quia potest dñs de lapidibus istis suscitare filios
abrahae; lam enim securis ad radicem arborum
posita est. Omnis ergo arbor non faciens fructu
bonum. excidetur et in ignem mittetur.

Lu viii.
Mt x.
Lc x.

Et interrogabant eum turbae dicentes. quid

ergo faciemus. Respondens autem dicebat illis
 qui habet duas tunicas det non habenti. Et qui
 habet escas similiter faciat. Uenerunt autem
 et publicani ut baptizarentur. et dixerunt ad
 illum magister quid faciemus. At ille dixit
 ad eos nihil amplius quam quod constitutum
 est uobis faciat. Interrogabant autem eum et
 milites dicentes quid faciemus et nos. Et ait
 illis neminem conculcatis neque calumniam
 faciat. et contenti estote stipendiis uestris. Existi
 mante autem populo et cogitantibus omnibus
 in cordibus suis de iohanne. ne forte ipse esset
 xpi. Respondit iohannes dicens omnibus.
 Ego quidem aqua baptizo uos. ueniet autem
 fortior me. cuius non sum dignus soluere corri
 gam calcamentorum eius. Ipse uos baptizabit
 in spiritu sancto et igni.
 Cuius uentilabrum in manu eius. et purgabit
 aream suam. et congregabit triticum in horreum
 suum. paleas autem comburet igni inextinguibili.

multa quidem et alia exhortans.
euangelizabat populo.

Lxxii
Lxxiii
Lxxiiii

Herodes autem tetrarcha cum conueneretur ab illo
de herodiade uxore fratris sui. et de omnibus malis
quae fecit herodes. adiecit et hoc supra omnia. et
inclusit iohannem in carcerem.

Lxxv
Lxxvi
Lxxvii
Lxxviii

Factum est autem cum baptizaretur omnis popu-
lus. et ihu baptizato et orante. apertum est celum.
et descendit sps scs corporali specie sicut columba
in ipsum. et uox de celo facta est. Tu es filius meus
dilectus. in te complacuit mihi.

Lxxix
Lxxx
Lxxxi
Lxxxii

Et ipse ihs erat incipiens quasi annorum triginta.
ut putabatur filius ioseph.

Qui fuit heli.

qui fuit matthath.

qui fuit leui.

qui fuit melchi.

qui fuit iamne.

qui fuit ioseph.

qui fuit mathathie.

qui fuit amos.	amos
qui fuit naum.	naum
qui fuit esy.	esy
qui fuit nagge.	nagge
qui fuit maxth.	maxth
qui fuit matthathue.	matthathue
qui fuit semer.	semer
qui fuit ioseth.	ioseth
qui fuit ioda.	ioda
qui fuit iohanna.	iohanna
qui fuit resa.	resa
qui fuit torobabel.	torobabel
qui fuit salathiel.	salathiel
qui fuit ner.	ner
qui fuit melchi.	melchi
qui fuit addi.	addi
qui fuit chosan.	chosan
qui fuit helmadin.	helmadin
qui fuit her.	her
qui fuit hiesu.	hiesu

qui fuit elier.
qui fuit iorim.
qui fuit mattad.
qui fuit leui.
qui fuit simcon.
qui fuit iuda.
qui fuit ioseph.
qui fuit iona.
qui fuit eliacin.
qui fuit melex.
qui fuit menna.
qui fuit mattathæ.
qui fuit nathan.
qui fuit dauid.
qui fuit iesse.
qui fuit obeth.
qui fuit booz.
qui fuit salmon.
qui fuit naason.
qui fuit aminadab.



qui fuit aram.
 qui fuit esrom.
 qui fuit phares.
 qui fuit iudae.
 qui fuit iacob.
 qui fuit isaac.
 qui fuit abrahe.
 qui fuit thare.
 qui fuit nachor.
 qui fuit seruch.
 qui fuit ragau.
 qui fuit phalech.
 qui fuit eber.
 qui fuit sale.
 qui fuit canan.
 qui fuit arfaxat.
 qui fuit sem.
 qui fuit noe.
 qui fuit lamech.
 qui fuit methusale.



qui fuit enoch.
qui fuit iared.
qui fuit maleleel.
qui fuit canan.
qui fuit enos.
qui fuit seth.
qui fuit adam.
qui fuit dī.

Lxxv
St. vii.

Ih̄s autē plenus spū sc̄o.

Lxxvi
St. viii.

regressus est a iordane. Et agebatur in spū in de
sessto diebus quadraginta. et tentabatur a diabolo.
Et nihil manducavit in illis diebus. Et consumma
tis illis. esurit. dixit autem illi diabolus. si fi
lius dī es. dic lapidi huic. ut panis fiat. Et respon
dit ad illum ih̄s. scriptum est. quia non in pane
solo uiuit homo. sed in omni uerbo dī. Et duxit
illum diabolus. et ostendit illi omnia regna orbis
terre in momento temporis. et ait ei. Tibi dabo
potestatem hanc uniuersam. et gloriam illorum
quia mihi tradita sunt. et cui uolo do illa.

Tu ergo si adoraueris coram me. erunt tua omnia.
 Et respondens ih̄s. dixit illi. scriptum est. dñm dñm
 tuum adorabis. et illi soli seruies. Et duxit illum in
 hierusalem. et statuit eum supra pinnam templi.
 et dixit illi. si filius di es. mitte te hinc deorsum.
 scriptum est enim. quod angelis suis mandauit de
 te. ut conseruent te. et quia in manibus tollent te.
 ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Et re
 spondens ih̄s. ait illi. dictum est. non temptabis
 dñm dñm tuum. Et consummata omni temptatione.
 diabolus recessit ab illo. usq. ad tempus.

Et regressus est ih̄s in uisitate sp̄s in galileam. et
 fama exiit per uniuersam regionem de illo. Et ip
 se docebat in synagogis eorum. et magnificaba
 tur ab omnibus.

Et uenit nazareth ubi erat nutritus. et intrauit
 secundum consuetudinem suam die sabbati in sy
 nagogam. et surrexit legere. et traditus est illi
 liber. prophete esaię. Et ut reuoluit librum.
 inuenit locum ubi scriptum erat. sp̄s dñi super

IS sp̄u sc̄o
 Et agebatur
 et temptabatur
 diebus
 et illi dicit
 panis fuit
 est. quia
 uerbo di
 illi omnia
 erat es. tibi
 glorum illor
 uolo do illi.

me. propter quod unxit me. euangelizare pauperibus
misit me. sanare contritos corde. predicare captiuis
remissionem. et ceteris uisum. Dimittere confractos in
remissionem. predicare annum dñi acceptum. et
diem retributionis. Et cum plucuisset librum.
reddidit ministro. et sedit. Et omnium in synago
ga oculi. erant intendentes in eum. Coepit autē
dicere ad illos. quia hodie impleta est haec scrip
tura. in auribus uris.

Lxxviii
M^o xli.
L^o l.
Lo lxxviii.

Et omne testimonium illi dabant. et mirabantur
in uerbis gratiae. quae procedebant de ore ipsius.
et dicebant. Nonne hic filius est ioseph.

Lxxccc.
Sol.

Et ait illis. utiq. dicetis mihi hanc similitudinē.
medice. curate ipsum. quanta uidiuimus facta
in capharnaum. fac et hic in patria tua.

Lxxccc.
L^o xlii.
L^o l.
Lo xccc.

Ait autem. Amen dico uobis. quia nemo prophe
ta acceptus est in patria sua.

Lxxccc.
Sol.

In ueritate dico uobis. multae uiduae erant in die
bus heliae in israhel. quando clausum est celum
annis tribus et mensibus sex. cum facta esset fames

magna in omni terra. et ad nullam illarum missus est
 helias. nisi in sareptha sydoniae. ad mulierem uiduam.
 Et multi leprosi erant in israhel sub heliseo propheta.
 et nemo eorum mundatus est. nisi neman syrus. Et
 repleti sunt omnes in synagoga. hęc audientes.
 Et surrexerunt. et ceciderunt illum extra ciuitatem.
 et duxerunt illum usque ad supercalium montis. su-
 pra quem ciuitas illorum erat aedificata. ut preci-
 pitarent eum. Ipse autem transiens. per medium
 illorum ibat.

Et descendit in capharnaum. ciuitatem galileae.
 ibique docebat illos sabbatis.

Et stupebant in doctrina eius.
 quia in potestate erat sermo ipsius.

Et in synagoga erat homo habens daemonium
 immundum. et exclamauit uoce magna dicens.
 sine. quid nobis et tibi ihu nazarene. uenisti perde-
 re nos. scio te quis sis scilicet dei. Et increpauit illi ihesus
 dicens. Ommitesce. et exi ab illo. Et cum proie-
 cisset illum daemonium in medium. exiit ab illo

L. xxviii.
 c. xii.

L. xxxiii.
 c. lvi.
 c. xxi.

L. xxxv.
 c. lxxiii.

nihilq. illum nocuit. Et factus est pavor in omnibus.
et colloquebantur ad inuicem dicentes. quod est hoc
uerbum. quia in potestate et uirtute imperat in mun-
dis spiritibus. et exeunt. Et diuulgabatur fama de
illo. in omnem locum regionis.

L. xxvii.
M. lxxvii.
M. xxvii.

Surgens autem de synagoga. introiit in domum
symonis. socrus autem simonis tenebatur magnis
febris. et rogauerunt illum pro ea. Et stans super
illam imperauit febre. et dimisit illam. Et conti-
nuo surgens. ministrabat illis. Cum sol autem oc-
cidisset. omnes qui habebant infirmos uariis lan-
guoribus. ducebant illos ad eum. At ille singulis
manus imponens. curabat eos.

L. xxviii.
M. lxxviii.
M. xxviii.

Exiebant autem demonia a multis clamantia et
dicentia. quia tu es filius dei. Et increpans non
sinebat ea loqui. quia sciebant ipsum esse xpm.

L. xxviiii.
M. lxxviiii.
M. xxviiii.

Facta autem die. egressus ibat in desertum locum.
et turbe requirebant eum. Et uenerunt usque ad
ipsum. et detinebant illum. ne discederet ab eis.
quibus ille ait. quia et alius ciuitatibus oportet

me euangelizare regnum dī. quia ideo missus sum.

Et erat predicans. in synagogis galileae.

Factum est autem cum turbe irruerent in eum. ut
audirent uerbum dī. et ipse stabat secus stagnum
genesareth. Et uidit duas naues stantes secus sta-
gnum. piscatores autem descenderant et lauabant
retia. Ascendens autem in unam nauim quae erat
simonis. rogauit eum a terra. reducere pusillum.
Et sedens. docebat de nauicula turbas.

Ut cessauit autem loqui. dixit ad simonem. duc
in altum. et laxate retia ustra in capturam. Et respon-
dens simon. dixit illi. preceptor. per totam noctē
laborantes nihil cepimus. in uerbo autem tuo
laxabo rete. Et cum hoc fecissent. concluderunt
piscium multitudinem copiosam. Numpebatur
autem rete eorum. Et annuerunt socii qui erant
in alia naui. ut uenirent et adiuuarent eos. Et ue-
nerunt. et impleuerunt ambas nauiculas. ita
ut mergerentur.

Quod cum uideret simon petrus. proci-
dit ad

genua ihū dicens. Exi ame. quia homo peccator
sum dñe. stuporem enim circumdederat eum. et om
nes qui cum illo erant in captura piscium quam ce
perant. Similiter autem iacobum et iohannem.
filios zebedei. qui erant socii simonis.

Lxxviii
M^o
Lxxviii

Et ait ad simonem ih̄s. nolite timere. ex hoc iam ho
mines eris capiens. Et subductis ad terram nauibus.
relictis omnibus. secuti sunt illum.

Lxxviiii
M^o
Lxxviiii

Et factum est cum esset in unaciuuitatum. et ecce
uir plenus lepra. Et uidens ih̄m. et proci dens in
faciem. rogauit eum dicens. dñe si uis. potes me
mundare. Et extendens manum. tetigit illum
dicens. uolo. mundare. Et confestim. lepra
discessit ab illo. Et ipse precepit illi. ut nemini
diceret. sed uade ostende te sacerdoti. et offer
pro emundatione tua. sicut precepit moyses.
in testimonium illis.

Lxxviiii
M^o
Lxxviiii
Lxxviiii

Perambulabat autem magis sermo de illo. et
conueniebant turbe multe ut audirent. et cura
rentur ab infirmitatibus suis.

Ipse autem sedebat in deserto. et orabat.
 ET FACTUM EST IN UNA DIE RUM.
 et ipse sedebat docens. Et erant pharisaei sedentes
 et legis doctores qui uenerant ex omni castello gali
 leae. et iudee. et hierusalem. et uisus erat dñi. ad
 sanandum eos.

Et ecce uiri portantes in lecto hominem qui erat pa
 ralyticus. et querebant eum inferre. et ponere an
 te eum. Et non inuenientes qua parte illum infer
 rent pre turba. ascenderunt supra tectum. et per
 tegulas summiserunt illum cum lecto in medium
 ante ihm. quorum fidem ut uidit. dixit. homo.
 remittuntur tibi peccata tua. Et coeperunt cogita
 re scribae et pharisaei. dicentes. quis est hic qui lo
 quitur blasphemias. quis potest dimittere peccata
 nisi solus ds. ut cognouit autem ih̄s cogitationes eo
 rum. respondens dixit ad illos. Quid cogitatis in
 cordibus ur̄is. quid est facilius dicere. dimittan
 tur tibi peccata. an dicere. surge et ambula. ut autē
 sciatis. quia filius hominis potestatem habet

in terra dimittere peccata. At paralítico tibi dico.
surge. tolle lectum tuum et uade in domum tuam.
Et confestim surgens coram illis. tulit in quo iacebat.
et abiit in domum suam magnificans dñm. Et stupor
apprehendit omnes. et magnificabant dñm. Et re
pleti sunt timore dicentes. quia
uidimus mirabilia hodie.

Lxxviii.
Et lxxviii.
Et lxxviii.

Et post hæc exiit. et uidit publicanum nomine leui.
sedentem ad teloneum. et ait illi. sequere me.
Et relicta omnibus. surgens secutus est eum.

Lxxviiii.
Et lxxviiii.
Et lxxviiii.

Et fecit ei conuiuium magnum leui in domo sua.
et erat turba multa publicanorum. et aliorum qui
cum illis erant discumbentes. Et murmurabant
pharisei et scribe eorum. dicentes ad discipulos
eius. quare cum publicanis et peccatoribus man
ducatis et bibitis?

Lxxl.
Et lxxl.
Et lxxl.

Et respondens ih̄s. dixit ad illos. non egent qui
sani sunt medico. sed qui male habent. non ueni
uocare iustos. sed peccatores in penitentiam.

At illi dixerunt ad eum. quare discipuli iohannis

ieiunant frequenter et obsecrationes faciunt. similiter
 et phariseorum. tui autem edunt et bibunt. quibus
 ipse ait. Numquid potestis filios sponsi dum cum
 illis est sponsus facere ieiunare. uenient autem dies.
 et cum ablati fuerit ab illis sponsus. tunc ieiunabunt
 in illis diebus. Dicebat autem et similitudinem ad
 illos. quia nemo commissuram uel in uestimento nouo.
 immittit in uestimentum uetus. Alioquin. et no-
 uum rumpit. et ueteri non conuenit commissura
 et nouo. Et nemo mittit uinum nouum in utres
 ueteres. Alioquin. rumpet uinum nouum in utres.
 et ipsum effundetur. et utres peribunt. sed uinum
 nouum in utres nouos mittendum est. et utraq. con-
 seruantur. Et nemo bibens uetus statim uult no-
 uum. dicit enim. uetus melius est.

Factum est autem in sabbato secundo primo. cum
 transiret per sata. uellebant discipuli eius spicas
 et manducabant confricantes manibus. quidam
 autem phariseorum. dicebant illis. quid facitis.
 quod non licet in sabbatis. Et respondens ih̄s ad

eos. dixit. Ne hoc legistis quod fecit dauid cum
esurisset ipse. et qui cum eo erant. quomodo intrauit
in domum dñi. et panes propositionis sumpsit et
manducauit et dedit his qui cum ipso erant. quos
non licet manducare nisi tantum sacerdotibus.
et dicebat illis. quia dñs est filius hominis.
etiam sabbatj.

Lxxxi.
Mxxvi.
A. xv.

Factum est autem et in alio sabbato. ut intraret in
synagogam. et doceret. et erat ibi homo. et manus ei
dexteræ erat arida. Observabant autem scribae et
pharisei. si in sabbato curaret. ut inuenirent unde
accusarent illum. Ipse uero sciebat cogitationes
eorum. et ait homini qui habebat manum aridam.
Surge et sta in medium. Et surgens stetit. Ait
autem ad illos ih̄s. Interrogo uos. si licet sabbatis
benefacere an male. an animam saluam facere. an per
dere. Et circum spectis omnibus. dixit homini.
Extende manum tuam. Et extendit. et restituta
est manus eius. Ipsi autem repleti sunt in sapien
tia. et colloquebantur ad inuicem. quidnam



facerent ihū:

Factum est autem in illis diebus. Exiit in montem ora-
re: ceterat pernoctans in oratione dñi.

Et cum dies factus esset: uocauit discipulos suos:
et elegit duodecim ex ipsis. quos et apostolos nomi-
nauit: simonē quem cognominauit petrum. et

andream fratrem eius. iacobum et iohannem. phi-
lippum et bartholomeum. matheum et thomam.

iacobum alfei et simonem qui uocatur zelotes. lu-
dam iacobi. et iudam scarioth. qui fuit proditor.

Et descendens cum illis. stetit in loco campestri.

et turba discipulorum eius. Et multitudo copiosa

plebis ab omni iudea et hierusalem. et maritima et

týr et sídonis. qui uenerant ut audirent eum. et

sanarentur a languoribus suis. Et qui uexabantur

ab spiritibus immundis. curabantur. Et omnis tur-

ba querebat eum tangere. quia uisus de illo exie-

bat. et sanabat omnes.

Et ipse eleuatis oculis in discipulos suos. dicebat.

Beti pauperes. quia uirum est regnum dñi.

Lxxviii
Lxxviii

Lxxviii
Lxxviii

Lxxviii
Lxxviii

Bati qui nunc esurtis. quia saturabimini.

Bati qui nunc fletis. quia ridebitis.

Bati eritis cum uos oderint homines. et cum separa-
uerint uos et reprobauerint. et eicerint nomen
ur̄m tamquam malum propter filium hominis.

Caudete in illa die et exultate. ecce enim merces
ur̄a. multa in celo. secundum haec enim. faciebant
prophetis patres eorum.

Lxxix
Lxxix

Verum tamen. uae uobis diuitibus. qui habetis
consolationem ur̄am. Uae uobis qui saturati estis.
quia esurietis. Uae uobis qui ridetis nunc. quia
lugebitis et flebitis.

Lxxx
Lxxx

Uacum benedixerint uobis omnes homines.
secundum haec faciebant pseudo prophetis
patres eorum.

Lxxxi
Lxxxi

Sed dico uobis qui auditis. diligite inimicos
ur̄os. benefacite his qui uos oderunt. benedicite
maledicentibus uos. orate pro calumniantibus uos.

Lxxxii
Lxxxii

Et qui te percutit in maxillam. prebe et alteram.
Et ab eo qui auferit tibi uestimentum. etiam tunicam

noli prohibere. Omni autem petenti tribue. et
qui auferit quæ tuas sunt. ne petas.

Et prout uultis ut faciant uobis homines. et uos
facite illis similiter.

Et si diligitis eos qui uos diligunt. quæ uobis est
gratia. Nam et peccatores diligentes se diligunt.
Et si benefeceritis his qui uobis benefaciunt. quæ
uobis est gratia. si quidem et peccatores hoc faciunt.

Et si mutuum dederitis his a quibus speratis recipere.
quæ gratia est uobis. Nam et peccatores peccato
ribus fenerantur. ut recipiant æqualia. Uerū
tamen diligite inimicos suos. et benefacite et mu
tuum date. nihil desperantes. et erit merces ustra multa.

Et eritis filii altissimi. quia ipse benignus est super
ingratos et malos. Estote ergo misericordes.
sicut et pater uester misericors est.

Nolite iudicare. et non iudicabimini. Dimittite.
et dimittentur uobis. Date. et dabitur uobis. mensurā
bonam et confertam et coarguatam. et super efflu
entem. dabunt in sinum uestrum. Eadem uero

Nolite condemna
& nō condemnabim

mensura qua mensi fueritis. remeietur uobis.

Lv Lom
M^u Lvi

Dicebat autem illis et similitudinem. Numquid potest cecus cecum ducere. nonne ambo in foueam cadunt.

Lv Lom
M^u Lvi
Lxxviii

Non est discipulus super magistrum. perfectus autem omnis erit. sicut magister eius.

Lv Lom
M^u Lvi

Quid autem uides festucam in oculo fratris tui. trabem autem que in oculo tuo est non consideras. Aut quomodo potes dicere fratri tuo. frater. sine eiciam festucam de oculo tuo. ipse in oculo tuo trabem non uidens. hypocrita. eice primum trabem de oculo tuo. et tunc perspicies ut educais festucam de oculo fratris tui.

Lv Lx
M^u Lvi

Non est enim arbor bona que facit fructus malos. neque arbor mala faciens fructum bonum. Unaqueque enim arbor. de fructu suo cognoscitur.

Lv Lxi
M^u Lvi

Neque enim de spinis colligunt ficus. neque de rubo uindemiant uuam.

Lv Lxi
M^u Lvi

Bonus homo. de bono thesauro cordis sui profert bonum. Et malus homo. de malo thesauro profert

malum. Ex abundantia enim cordis. os loquitur.

Quid autem uocatis me dñe dñe.
et non facitis quae dico.

Omnis qui uenit ad me. et audit sermones meos. et
facit eos. ostendam uobis cui similis sit. similis est
homini aedificanti domum. qui fodit in altum. et
posuit fundamenta supra petram. In inundatione autē
facta. illi sum est flumen domui illi. et non potuit
eam mouere. fundata enim erat. supra petram.
Qui autem audit et non facit. similis est homini ae-
dificanti domum suam. supra terram. sine fundamento.
Inquam illi sus est fluuius. et continuo cecidit. et
facta est ruina domus illius magna.

Cum autem impleisset omnia
uerba sua in aures plebis. intrauit capharnaum.
Centurionis autem cuiusdam seruus erat moriturus. male habens.
qui illi erat pretiosus. Et cum audisset de ihū. mi-
sit ad eum seniores iudeorum. rogans eum ut ueniret.
et saluaret seruum eius. At illi cum uenissent ad eū.
rogabant eum solliciti dicentes ei. quia dignus est

ut hoc illi prestes. diligite enim gentem nr̄am. et syna-
gogam ipse edificauit nobis. Ihs autem. ibat cum
illis. Et cum iam non longe esset ad domo. misit ad eū
centurio amicos dicens. dñe. noli uexari. Non enim
dignus sum ut sub tectum meum intres. propter
quod et me ipsum non sum dignum arbitratus ut
uenirem ad te. sed dic uerbo. et sanabitur puer
meus. Nam et ego homo sum sub potestate constitu-
tus. habens sub me milites. Et dico huic uade. et
uadit. Et alio. ueni. et uenit. Et seruo meo. fac
hoc et facit. Quo audito ihs miratus est. et conuer-
sus sequentibus se turbis dixit. Amen dico uobis.
nec in israhel tantam fidem inueni.

Lxxvi.
In lxxvi.

Et reuersi qui missi fuerant domum. inuenerunt
seruum. qui langueret sanum.

Lxxvii.
Sol.

Et factum est deinceps. ibat in ciuitatem quae uo-
catur naum. et ibant cum illo discipuli eius. et turba
copiosa. Cum autem appropinquaret postea ci-
uitatis. ecce defunctus offerebatur filius unicus
matris suae. Et haec uidua erat. et turba ciuitatis

multa cum illa. quam cum uidisset. misericor
 diam motus super eam. dixit illi. nolis flere. Et accessit.
 et tetigit loculum. hi autem qui portabant. stete
 runt. Et ait. Adulescens. tibi dico. surge. Et rese
 dit. quierat moestus. et coepit loqui. et dedit illum
 matri suae. Accepit autem omnes timor. et magni
 ficabant dñm dicentes. quia propheta magnus sur
 rexit in nobis. et quia dñs. uisitauit plebem suam.
 Et exiit hic sermo in uniuersam iudeam. de eo.
 et omnem circa regionem.

Et nuntiauerunt iohanni discipuli eius. de omnibus
 his. Et conuocauit duos de discipulis suis iohannes.
 et misit ad ihm̄ dicens. Tu es qui uenturus es. an
 alium expectamus. Cum autem uenissent ad eum
 uiri. dixerunt. Iohannes baptista. misit nos ad te
 dicens. Tu es qui uenturus es. an alium expectamus.
 In ipsa autem hora curauit multos a languoribus. et
 plagis et spiritibus malis. et cecis multis donauit ui
 sum. Et respondens. dixit illis. Cunctes nuntiate io
 hanni. quae uidistis et audistis. quia ceci uident. claudi

ambulant. leprosi mundantur. surdi audiunt.
mortui resurgunt. pauperes euangelizantur.
Et beatus est. qui non fuerit scandalizatus in me.
Et cum discessissent nuntii iohannis. coepit dicere
de iohanne ad turbas. Quid existis in deserto ui-
dere. Arundinem uento moueri. Sed quid existis
uidere. hominem mollibus uestimentis indutum.
Ecce qui in ueste pretiosa sunt et delicis. in domib.
regum sunt. Sed quid existis uidere prophetam.
utiq. dico uobis. et plusquam prophetam.

Lxx.
Mt. 11.
v.

Hic est de quo scriptum est. Ecce mitto angelum
meum antefacientuam. qui preparabit
uiam tuam. ante te.

Lxx.
Mt. 11.
v.

Dico enim uobis. maior inter natos mulierum
propheta iohanne baptista. nemo est. qui autem
minore est. in regno di. maiore est illo.

Lxx.
Mt. 11.
v.

Et omnis populus audiens. et publicani iustifica-
uerunt dm. baptizati baptismo iohannis. pharisaei
autem et legis. periti. consilium di spreuerunt in
semetipsos. non baptizati ab eo.

Cui ergo similes dicam homines generationis huius.
 et cui similes sunt. Similes sunt pueris sedentibus
 in foro et loquentibus adinuicem et dicentibus.
 Cantauimus uobis tibis et non saltastis. Lamentauimus
 et non plorastis. Uenit enim iohannes baptista
 neque manducans panem. neque bibens uinum. et dicitis.
 daemonium habet. Uenit filius hominis mandu-
 cans et bibens. et dicitis. ecce homo deuorator. et bi-
 bens uinum. amicus publicanorum et peccatorum.
 Et iustificata est sapientia ab omnibus filiis suis.
 Rogauit autem illum quidam de pharisaeis. ut
 manducaret cum illo. Et ingressus domum phari-
 saei. discubuit. Et ecce mulier quae erat in ciuitate
 peccatrix. ut cognouit quod accubuit in domo pha-
 risaei. attulit alabastrum unguenti. et stans retro
 secus pedes eius. lacrimis coepit rigare pedes eius. et
 capillis capitis sui tergebat. et osculabatur pedes eius.
 et unguento unguebat. Uidens autem pharisaeus
 qui uocauerat eum. ait intra se dicens. hic si esset
 propheta. sciret utique quae et qualis mulier esset.

Lv lxxvii
 24 v.

Lv lxxviii
 24 v.
 25 l.

quae tangit eum. quia peccatrix est. Et respondens ih̄s.
dixit ad illum. simon. habeo tibi aliquid dicere.
At ille ait. magister. dic. Duo debitores erant
cuiusdam feneratori. unus debebat denarios quin-
gentos. alius quinquaginta. Non habentibus illis
unde redderent. donauit utrisq;. Quis ergo cum
plus diligit? Respondens simon. dixit. aestimo.
quia is cui plus donauit. At ille dixitq;. Recte iudi-
casti. Et conuersus ad mulierem. dixit simoni.
Uides hanc mulierem. intraui in domum tuam.
aquam pedibus meis non dedisti. haec autem. la-
crimis frigauit pedes meos. et capillis suis tersit.
Osculum mihi non dedisti. haec autem. ex quo in-
traui. non cessauit osculari pedes meos. Oleo caput
meum non unxisti. haec autem. unguento unxit
pedes meos. propter quod dico tibi. Remittuntur
ei peccata multa. quoniam dilexit multum. Cui autem
minus dimittitur. minus diligit. dixit autem
ad illam. Remittuntur tibi peccata. Et coepe-
runt qui simul accumbebant. dicere intra se.

quis est hic qui etiam peccata dimittit. Dixit autē
 ad mulierem. fides tua te saluum fecit. uade in pace;
 Et factum est deinceps. et ipse iter faciebat. per ciuita-
 tem et castrum. predicans et euangelizans regnum dñi.
 Et duodecim cum illo. et mulieres aliquę quę erant
 curate ab spiritibus malignis et infirmitatibus.
 maria quę uocatur magdalena. de qua demonia
 septem exierant. et iohanna uxor chuzae. procura-
 toris herodis. et susanna. et aliae multę. quę ministra-
 bant eis de facultatibus suis.
 Cum autem turba plurima conueniret. et decur-
 sibus properarent ad eum. dixit per similitudinē.
 Exiit qui seminat. seminare semen suum. Et dum
 seminat. aliud cecidit secus suam et conculeatum
 est. et uolucres cęli comederunt illud. Et aliud ce-
 cidit supra petram. et natum aruit. quia non habe-
 bat humorem. Et aliud cecidit inter spinas. et
 simul ex ortę spine suffocauerunt illud. Et aliud
 cecidit in terram bonam. et octum fecit fructum
 centuplum. hæc dicens. clamabat. qui habet

aures audiendi. audiat. Interrogabant autem eum
discipuli eius. quae esset haec parabola. quibus
ipse dixit. uobis datum est nosse mysterium
regni dei.

Lu. lxxxvii.
Mt. lxxxviii.
Mc. lxxxvii.

Lu. lxxxviii.
Mt. lxxxix.
Mc. lxxxviii.

Ceteris autem in parabolis. ut uidentes non uideant.
et audientes non intellegant.

Est autem haec parabola. semen. est uerbum dei.
qui autem secus uiam sunt. hi sunt qui audiunt.
deinde uenit diabolus. et tollit uerbum de corde
eorum. ne credentes salui fiant. Nam qui supra
petram. qui cum audierint. cum gaudio suscipiunt
uerbum. Et radix non habent. qui ad
tempus credunt. et in tempore temptationis re-
cedunt. Quod autem in spinis cecidit. hi sunt
qui audierunt. et a sollicitudinibus. et diuitiis.
et uoluptatibus uitae eunt. et suffocantur. et non
referunt fructum. Quod autem in bonam terram.
hi sunt qui in corde bono et optimo. audientes
uerbum. retinent. Et fructum afferunt.
in patientia.

Nemo autem lucernam accendens. operit eam uase
aut subtus lectum ponit. sed supra candelabrum
ponit. ut intrantes uideant lumen.

Non enim est occultum quod non manifestetur.
nec absconditum quod non cognoscatur. et in
palam ueniat.

Videte ergo. quomodo auditis. qui enim habet.
dabitur illi. Et qui cumq. non habet. etiam quod
putat se habere auferetur ab illo.

Venerunt autem ad illum mater. et fratres eius.
et non poterant adire eum pro turba. Et nuntiatum
est illi. mater tua et fratres tui stans foris uolentes
te uidere. qui respondens. dixit ad eos. mater
mea et fratres mei hi sunt. qui uerbum dei
audiunt et faciunt.

Factum est autem in una die rum. et ipse ascendit
in nauiculam. et discipuli eius. Et ait ad illos.
Trans fretum usque trans stagnum. et ascenderunt.
Nauigantibus autem illis. obdormiuit. Et descen
dit procella uenti in stagnum. et complebatur

et periclitabantur. Accedentes autem. suscitauerunt eum dicentes. Preceptor. perimus. At ille surgens increpauit uentum. et tempestatem aquae. et cessauit. et facta est tranquillitas. dixit autem illis. ubi est fides u^{ra}. qui timentes. mirati sunt dicentes ad inuicem. quis putas hic est. qui et uentis imperat et mari. et oboediunt ei. Et uigila uerunt autem ad regionem gerasenorum. quae est contra galileam. Et cum egressus esset a terram. occurrit illi uir quidam qui habebat daemoneum. iam temporibus multis. Et uestimento non induebatur. neque in domo manebat. sed in monumentis. Ihs ut uidit eum. prociuit ante illum. et exclamans uoce magna dixit. quid mihi et tibi est ihu. fili dei altissimi. Obsecro te neme torqueas. Precipiebat enim spiritui immundo. ut exiret ab homine. multis enim temporibus arripiebat illum. et uinciebatur catenis. et compedibus custoditus. et ruptis uinculis agebatur a daemone in deserto. Interrogauit autem illum ihs. dicens. quod tibi nomen est.

At ille dixit. Legio; quia intrauerant daemonia
 multa in eum. Et rogabant illum. ne imperaret illis
 ut in abyssum irent. Erat autem ibi grex porcorum
 multorum pascentium in monte. Et rogabant eum.
 ut permitteret eis in illos ingredi. Et permisit illis.
 Exierunt ergo daemonia ab homine. et intrauerunt
 in porcos. Et impetu abiit grex per precipitium
 ignum. et suffocatus est; quod ut uiderunt factum
 qui pascebant. fugerunt et nuntiauerunt in ciui-
 tatem et in uillas. Exierunt autem uidere quod
 factum est. et uenerunt ad Iesum. et inuenerunt ho-
 minem sedentem a quo daemonia exierant uesti-
 tum ac sanamente ad pedes eius. et timuerunt.
 Nuntiauerunt autem illis et qui uiderant. quomo-
 do sanus factus esset a legione. Et rogauerunt
 illum omnis multitudo regionis gerasenorum.
 ut discederet ab ipsis. quia timore magno tenebantur.
 Ipse autem ascendens nauim. reuersus est. Et ro-
 gabat illum uir a quo daemonia exierant. ut
 cum eo esset. dimisit autem eum Iesus. dicens. Redi

domum tuam. et narra quantatibi fecit dñs. Et abiit
per uniuersam ciuitatem. predicans quanta
illi fecisset ih̄s.

Lv lxxxv.
M lxxxiii.
B xlviit.

FACTUM EST ANTEM CUM REDISSET IH̄S.
EXCEPIT ILLUM TURBA. ERANT ENIM OMNES EXPECTANTES
EUM. ET ECCE UENIT UIR CUI NOMEN IAIRUS. ET IPSE PRIN
CEPS SINAGOGAE ERAT. ET CECIDIT AD PEDES IH̄U. ROGANS
EUM UT INTRARET IN DOMUM EIUS. QUIA FILIA UNICA
ERAT ILLI. FERRE ANNORUM DUO DECIM. ET HEC MORIEBA
TUR. ET CONTIGIT DUM IRET. A TURBIS COMPRI ME BATUR.
ET MULIER QUEDAM ERAT IN FLUXU SANGUINIS AB ANNIS
DUO DECIM. QUAE IN MEDICOS EROGAUERAT OMNEM
SUBSTANTIAM SUAM. NEC AB ULLO POTUIT CURARI. ACCES
SIT RETRO. ET TETIGIT SIMBRIAM uestimenti eius. Et
CONFESTIM STETIT FLUXUS SANGUINIS EIUS. ET ait ih̄s.
QUIS EST QUI ME TETIGIT. NEGANTIBUS AUTEM OMNI
BUS. DIXIT PETRUS. ET QUI CUM ILLO ERANT. Praeceptor
turbae te comprimunt et affligunt. et dicas quis
me tetigit. Et dixit ih̄s. Tetigit me aliquis. Nam
& ego noui uisitatem de me exisse. Uidens autem

mulier quia non latuit. tremens uenit et proci-
 dit ante pedes illius. et ob quam causam tetigerit
 eum. indicauit coram omni populo. et quem ad
 modum confestim sanata sit. At ipse dixit illi
 filia. fides tua te saluam fecit. uade in pace.
 Adhuc illo quente. uenit quidam ad princi-
 pem synagogae. dicens ei. quia mostua est
 filia tua. noli uexare illum. Ihs autem audito
 hoc uerbo. respondit patri puellae. Noli time-
 re. crede tantum. et salua erit. Et cum uenisset
 domum. non permisit intrare secum quemquam.
 nisi petrum et iacobum et iohannem. et patrem et
 matrem puellae. flebant autem omnes. et plan-
 gebant illam. At ille dixit. nolite flere. non est eni-
 mostua sed dormit. Et deridebant eum. scientes
 quia mostua esset. Ipse autem tenens manum eius.
 clamauit dicens. puella. surge. Et reuersus est
 spiritus eius. et surrexit continuo. Et iussit illi dari
 manducare. Et stupuerunt parentes eius. quibus
 precepit ne aliquid dicerent. quod factum erat.

Lv lxxxvii
M lxxxviii
R lxxxviii

Conuocatis autem duodecim apostolis. dedit illis uisum et potestatem. supra omnia demonia. et ut languores curarent. Et misit illos predicare regnum dñi. et sanare infirmos.

Lv lxxxviii
M lxxxviii
R lxxxviii

Et ait ad illos. nihil tuleritis in uia. neq. uirgam. neq. peram. neq. panem. neq. pecuniam. neque duas tunicas habeatis. Et inquam cumq. domum intraueritis. ibi manete. et inde ne exeat.

Lv lxxxviii
M lxxxviii
R lxxxviii

Et qui cumq. non receperint uos. ex eunte de ciuitate illa. etiam puluerem pedum urorum excutite in testimonium supra illos.

Lv lxxxviii
M lxxxviii
R lxxxviii

Egressi autem circuibant per castella. euangelizantes et curantes ubique.

Lv xc.
M lxxxviii
R lxxxviii

Audiuit autem herodes tetrarcha omnia quae fiebant ab eo. et hesitabat eo quod diceretur a quibusdam. quia iohannes surrexit a mortuis. a quibusdam uero. quia helias apparuit. Ab aliis autem. quia propheta unus ex antiquis surrexit. Et ait herodes. Iohannem ego decollauis. quis autem est iste. de quo ego audio talia. Et quaerebat

uidere cum

Et reuersi apostoli. narrauerunt illi quaecumque
fecerunt.

Et assumptis illis. secessit seorsum in locum de-
sertum. qui est bethsaida. quodcum cognouissent
turbae. secute sunt illum. et excepit illos et loqueba-
tur illis de regno dei. et eos qui curam indigebant. sanabat.

Dies autem coeperat declinare. Et accedentes duo
decim. dixerunt illi. Dimitteturbas. uteuntes in
castella. uillasq. quae circa sunt diuestant. et inue-
niant aescas. quia hic in loco deserto sumus. At
autem ad illos. uos date illis manducare. At illi
dixerunt. Non sunt nobis plusquam quinque panes
et duo pisces. nisi forte nos esamus. et emamus in om-
nem hanc urbem. Erant autem fere uiri quin-
que milia. At autem ad discipulos suos. facite illos
discumbere. per tonnuuia quinquagenos. et tra-
fecerunt. et discubuerunt omnes. Accepit autem
quinque panibus. et duobus piscibus. respexit in celum.
et benedixit illos et fregit. et distribuit discipulis

sui sit ponere ante turbas. Et manducauerunt omnes. et saturati sunt. Et sublatum est quod superfuit illis fragmentorum. cophini duodecim.

Lu xxv.
M^o lxxv.
R^o lxxv.
Lo lxxv.

Et factum est cum solus esset orans. erant cum illo et discipuli. Et interrogauit illos dicens. quem me dicunt esse turbae. At illi responderunt. et dixerunt. iohannem baptistam. Alii autem heliam. Alii quia propheta unus de prioribus surrexit. Dixit autem illis. Uos autem quem me esse dicitis. Respondens symon petrus. dixit. xpm dñi. At ille increpans illos. precepit ne cui dicerent hoc dicens. quia oportet filium hominis multa pati. et reprobari a senioribus. et principibus sacerdotum. et scribis. et occidi. et tertia die resurgere.

Lu xxv.
M^o lxxv.
R^o lxxv.
Lo lxxv.

Lu xxvi.
M^o lxxv.
R^o lxxv.
Lo lxxv.

Dicebat autem ad omnes. si quis uult post me uenire. abneget semetipsum. et tollat crucem suam cotidie. et sequatur me. qui enim uoluerit animam suam saluam facere. perdet illam. Nam qui perdidit animam suam propter me. saluam faciet illam. quidem proficit homo si lucratur uniuersum

mundum. se autem ipsum prodat. et detrimentum
sui faciat.

Nam qui me erubuerit et meos sermones. hunc
filius hominis erubescet. cum uenerit in maie-
state sui et patris. et sanctorum angelorum.

Dico autem uobis. Vere sunt aliqui hic stantes
qui non gustabunt mortem. donec uideant
regnum dei.

FACTUM EST AUTEM POST HAEC
uerba fere dies octo. et assumpsit petrum et iacobum.
et iohannem. et ascendit in montem ut oraret. Et
factum est dum oraret. species uultus eius altera. et
uestitus eius albus resurgens. Et ecce duo uiri loque-
bantur cum illo. Erant autem moyses et elias uisi
in maiestate. et dicebant excessum eius. quem com-
pleturus erat in hierusalem; petrus uero et qui cum
illo. grauati erant somno. et euigilantes uiderunt
maiestatem eius. et duos uiros qui stabant cum illo.
Et factum est dum discederent ab illo. ait petrus ad
ihm. preceptor. bonum est nos hic esse. et faciamus

tria tabernacula. Unum tibi. et unum moysi. et unum
helie. nesciens quid diceret; haec autem illo lo-
quente. facta est nubes et obumbravit eos. et timuerunt.
Intra tibus illis in nubem. et uox facta est de nube
dicens. Hic est filius meus dilectus. ipsum audite.
Et dum fieret uox. inuentus est ih̄s solus. Et ipsi ta-
cuerunt. et nemini dixerunt in illis diebus quicquam
ex his quae uiderant.

Luc. x. c. viii.
E. l. xxviii.
A. xxi.

Factum est autem in die sequenti. descendit
illis de monte. occurrit illis turba multa. Et ecce uir
de turba. exclamauit dicens. magister. obsecro te.
respice in filium meum. quia unicus est mihi. Et
ecce spiritus apprehendit illum. et subito clamat.
et elidit. et dissipat eum cum spuma. et uix discedit.
dilanians eum. Et rogauit discipulos suos. ut eicerent
illum. et non potuerunt. Respondens autem ih̄s.
dixit. O generatio infidelis et peruersa. usquequo
ero apud uos. et patiar uos? Adduc huc filium tuum.
Et cum accederet. elisit illum daemonium. et dissi-
pauit. Et increpauit ih̄s spiritum immundum. et

et sanauit puerum. et reddidit illum patri eius.

Stupebant autem omnes in magnitudine dñi.

Omnibusq. mirantib. in omnib. quae faciebat. dixit ad discipulos suos. Ponite uos in cordib. uris sermones istos. Filius enim hominis futurum est. ut tradatur in manus hominum. At illi ignorabant uerbum istud. et erat uel ^{t. ai} ~~u~~elamen ante eos ut non sentirent illud. et timebant eum interrogare de hoc uerbo.

Intrauit autem cogitatio in eos. quis eorum maior esset. At ih̄s uidens cogitationes cordis illorum. apprehendens puerum. statuit illum secus se. et ait illis. Quicumq. susceperit puerum istum in nomine meo. merecipit. Et quicumq. merceperit. recipit eum qui me misit. Nam qui minor est inter omnes uos. hic maior est.

Respondens autem iohannes. dixit. Praeceptor. uidimus quendam in nomine tuo eicientem daemona. et prohibuimus eum. quia non sequitur nobiscum. Et ait ad illum ih̄s. Nolite prohibere. Qui enim non est aduersus uos. prouobis est.

Lxxviii.
581.

Factum est autem dum complerentur dies assumptionis eius. et ipse faciem suam firmavit ut iret hierusalem. Et misit nuntios ante conspectum suum. Et euntes intrauerunt in ciuitatem samaritanorum. ut pararent illi. Et non receperunt eum. quia facies eius erat euntis hierusalem. Cum uidissent autem discipuli eius. iacobus et iohannes. dixerunt. Dñe. uis dicimus. ut ignis descendat de celo. et consumat illos. Et conuersus. increpauit illos dicens. Nescitis cuius spiritus estis. filius hominis non uenit animas perdere. sed saluare. Et abierunt. in aliud castellum.

Lxxv.
584.

Factum est autem ambulanti bus illis in uia. dixit quidam ad illum. sequar te quo cumq. ieris. Et ait illi ih̄s. Uulpes foueas habent. et uolucres celi nidus. filius autem hominis non habet ubi caput reclinet. At autem ad alterum. sequere me. Ille autē. dixit. dñe. permittite mihi primum ire. et sepelire patrem meum. Dixitq. ei ih̄s. sine. ut moſtui sepe liant moſtuos suos. Tu autem uade. annuntia

regnum dñi

Et ait alter sequar te dñe. sed primum permitte
mibi renuntiare his qui domi sunt. ait ad illum
ih̄s. Nemo mittens manum suam in aratrum.

et aspiciens retro. aptus est regno dñi.

POST HÆC AUTEM. DESIGNAUIT
dñs. et alios septuaginta duos. et misit illos binos
ante faciem suam. in omnem ciuitatem et locum.

quo erat ipse uenturus. et dicebat illis.

Messis quidem multa. operari autem pauci.

Rogate ergo dñm messis. ut mittat operarios
in messem.

Ite. ecce ego mitto uos. sicut agnos inter lupos.

Nolite postare sacculum. neq. peram. neq. calca-
menta. et neminem per uiam salutaueritis.

Inquamcumq. domum intraueritis. primum dicite.
pax huic domui. Et si ibi fuerit filius pacis. requiescet
super illam pax ur̄a. Sin autem. ad uos reuertetur.

In eadem autem domo manete. edentes et bibentes.
que apud illos sunt. Dignus est enim operarius

mercede sua.

Lxxiii.
Sol.

Nolite transire de domo in domum. Et inquam cumque ciuitatem intraueritis et susceperint uos. manducate quae apponuntur uobis. et curate infirmos qui in illa sunt. et dicitis illis. appropinquauit in uos regnum dei.

Lxxiiii.
Lxxv.
Lxxvi.

Inquam cumque ciuitatem intraueritis. et non receperint uos. exeuntes in plateas eius. dicitis. etiam puluerem qui adhaesit nobis de ciuitate uestra. extergimus in uos. Tamen hoc scitote. quia appropinquauit regnum dei. Dico uobis. quia sodomis in iudicio illa remissius erit. quam illi ciuitati.

Lxxvii.
Lxxviii.

Vae tibi corozaim. uae tibi bethsaida. quia si in tyro et sydone factae fuissent uisitationes quae in uobis factae sunt. olim in cilicio et cinere sedentes. paeniterent. Uerum tamen tyro et sydoni remissius erit in iudicio. quam uobis. Et tu capharnaum usque ad caelum exaltata. usque ad infernum dimergeris.

Lxxviiii.
Lxxviiii.
Lxxviiii.
Lxxviiii.
Lxxviiii.

Qui uos audit. me audit. Et qui uos spernit. me spernit. qui autem me spernit. spernit eum qui me

misit.

Reuersi autem septuaginta duo cum gaudio.
dicentes. Dñe. etiam daemonia subiciuntur nobis
in nomine tuo. Et ait illis. Uidebam satanam. sicut
fulgur de caelo cadentem. Eceded i uobis. potestate
calcandi supra serpentes et scorpiones. et supra om-
nem uisitatem inimici. et nihil uos nocebit. Uerum
tamen. in hoc nolite gaudere. quia spiritus uobis
subiciuntur. Gaudete autem. quod nomina ustra
scripta sunt in caelis.

In ipsa hora. exultauit spūs scō et dixit. Confiteor
tibi pater dñe. celi et terre. quod abscondisti haec
a sapientibus et prudentibus. et reuelasti ea paruulis.
Etiam pater. quō sic placuit ante te.

Omnia mihi tradita sunt a patre meo. Et nemo
scit qui sit filius nisi pater. et qui sit pater nisi filius.
et uoluerit filius reuelare.

Et conuersus ad discipulos suos. dixit. Beati oculi.
qui uident quae uidentis. Dico enim uobis. quod
multi prophetae et reges. uoluerunt uidere quae

uos uideatis. et non uiderunt. et audire quae auditis.
et non audierunt.

Lu xxvii.
Mt xxviii.
Mt xlii.

Et ecce quidam legis peritus surrexit. temptans illum
et dicens. magister. quid faciendo uitam aeternam
possidebo. At ille dixit ad eum. In lege quid scriptum
est. quomodo legis. Ille respondens. dixit. Dili-
ges. dominum deum tuum ex toto corde tuo. et ex tota anima
tua. et ex omnibus uiribus tuis. et ex omni mente tua.
Et proximum tuum. sicut te ipsum. Dixitque illi.
Recte respondisti. hoc fac. et uiues.
Ille autem uolens iustificare seipsum. dixit ad ihm.
Et quis est meus proximus. suscipiens autem ihm. dixit.
Homo quidam descendebat ab hierusalem in hiericho.
et incidit in latrones. qui etiam despoliauerunt eum.
et plagis impositis. abierunt semi uiuo relicto.
Accidit autem ut sacerdos quidam descenderet eadem
uia. et uiso illo preteriiit. similiter et leuita cum esset
secus locum. et uideret eum. pertransiit. Samaritanus
autem quidam interfaciens uenit secus eum. et uidens
eum misericordia motus est. Et appropians alligauit

Lu xxxiii.
Sal.

uulnera eius. in fundens oleum et uinum. Et imponens
illum in iumentum suum duxit in stabulum. et curam
eius egit. Et altera die protulit duos denarios. et dedit
stabulario et ait. Curam illius habe. Et quodcumque
super erogaueris. ego cum rediero reddam tibi. Quis
horum trium uideatur tibi proximus fuisse illi qui inci-
dit in latrones. At ille dixit. Qui fecit misericordiam
in illum. Et ait illi ih̄s. uade. et tu fac similiter.

Factum est autem dum irent. et ipse intrauit in quod-
dam castellum. et mulier quedam martha nomine exce-
pit illum in domum suam. Et huic erat soror. nomine
maria. quae etiam sedens secus pedes dñi. audiebat
uerbum illius. Martha autem. sat agebat circa frequens
ministerium. quae stetit. et ait. Dñe. non est tibi cura.
quod soror mea reliquit me solam ministrare. dic
ergo illi. ut me adiuuet. Et respondens. dixit illi dñs.
martha. martha. sollicita es. et turbaris erga plurima.
porro. unum est necessarium. maria optimam partem
elegit. quae non auferetur ab eo.

ET FACTUM EST CUM ESSET IN LOCO

quodam orans. ut cessauit. dixit unus ex discipulis ei
ad eum. Dñe. doce nos orare. sicut iohannes docuit
discipulos suos. Et ait illis. Cum oratis. dicite. pater.
scificetur nomen tuum. adueniat regnum tuum. pa
nem nr̄m cotidianum da nobis hodie. et dimitte nobis
peccata nr̄a. siquidem et ipsi dimittimus omni deben
ti nobis. et ne nos inducas in temptationem.

L^o cxxviii
Sol.

Et ait ad illos. quis sur̄m habebit amicum. et ibit ad
illum media nocte. et dicet illi. Amice. commoda
mihitres panes. quō amicus meus uenit de uia ad me.
et non habeo quod ponam ante illum. Et ille de intus
respondens. dicat. Noli mihi molestus esse. iam osti
um clausum est. et pueri mei mecum sunt incubili.
non possum surgere et dare tibi. Et ille si perseueraue
rit pulsans. dico uobis. Et si non dabit illi surgens eo
quod amicus eius sit. propter improbitatem tamen ei
surget. et dabit illi quotquot habet necessarios.

L^o cxxx
Sol.

Et ego uobis dico. petite et dabitur uobis. quaerite.
et inuenietis. pulsate. et aperietur uobis. Omnis
enim qui petit accipit. et qui querit inuenit. et

pulsanti aperietur. Quis autem ex uobis patrem petit
panem. numquid lapidem dabit illi. Aut piscem. nū
quid pro pisce serpentem dabit illi. Aut si petierit ouum.
Numquid porriget ei scorpionem. Si ergo uos cum sitis
mali. nostis bona dare filiis uirī. quanto magis
pater uester de celo dabit spiritum bonum. petenti
bus. se.

Et erat eiciens demonium. et illud erat mutum.
Et cum eiecisset demonium. locutus est mutus. et ad
mirate sunt turbae.

Quidam autem ex eis dixerunt. In beelzebub prin
cipe daemoniorum. eicit daemona.

Et alii temptantes. signum de celo
quererant ab eo.

Ipsē autem ut uidit cogitationes eorum. dixit eis.
Omne regnum in se ipsum diuisum desolabitur.
et domus supra domum cadit. si autem et satanas.
in se ipsum diuisum est. quomodo stabit regnum
ipsius. quia dicitis in beelzebub eicere me daemona.
si autem ego in beelzebub eicio daemona. filii uirī

in quo cecidit. Ideo ipsi iudices ur̄i erunt. Porro
si indigito dī cicio daemona. profecto peruenit
in uos regnum dī. Cum fortis armatus custodit
atrium suum. in pace sunt ea quae possidet.
Si autem fortior illo superueniens uicerit eum.
uniuersa arma eius auferet in quibus confidebat.
et spolia eius distribuet. Qui non est mecum.
aduersum me est. Et qui non colligit mecum.
dispergit.

Luce. x. ccc.
M. lxxviii.

Cum immundus spiritus exierit de homine. per
ambulat per loca in aquosa. quaerens requiem et
non inueniens. dicit. Reuertar in domum meam
unde exiui. Et cum uenerit. inuenit scopis munda
tam. Et tunc uadit. et assumit septem alios spiritus
nequiores se. et ingressi habitant ibi. Et sunt
nouissima hominis illius. peiora prioribus.

Luce. x. ccc.
Sol.

Factum est autem cum haec diceret. extollens uo
cem quaedam mulier de turba dixit illi. Beatus
uenter qui te postauit. et ubera quae suxisti. At
ille dixit. quin immo beati qui audiunt uerbu dī

et custodiunt illud:

Turbis autem concurrentibus. coepit dicere. Generatio haec. generatio nequam est. signum quaerit. et signum non dabitur ei. nisi signum ionae. Nam sicut fuit ionas signum nincuitis. ita erit et filius hominis. generationi isti. Regina austri surget in iudicio cum uiris generationis huius. et condempnabit illos. quia uent a finibus terre audire sapientiam salomonis. Et ecce plus salomone hic. Uiri nincuite surgent in iudicio cum generatione hac et condempnabunt illum. quia paenitentiam egerunt ad praedicationem ionae. Et ecce plus iona hic.

Nemo lucernam accendit. et in abscondito ponit. neque sub modio. sed supra candelabrum. ut qui ingrediuntur lumen uideant.

Lucerna corporis tui. est oculus tuus. si oculus tuus fuerit simplex. totum corpus tuum lucidum erit. si autem nequam fuerit. etiam corpus tuum tenebrosum erit. uide ergo. ne lumen quod in te

quod intus est. tenebrae sint. Si ergo corpus tuum
totum lucidum fuerit. non habens aliquam partem
tenebrarum. erit lucidum totum. Et sicut lucerna
fulgoris. illuminabit te.

Lv c xxxv
Mt cccc xii

Et cum loqueretur. rogavit illum quidam phari
saeus. ut pranderet apud se. Et ingressus. recubuit.
pharisaeus autem. coepit in tra se reputans dicere. quare
non baptizatus esset. ante prandium. Et ait dominus ad
illum. Nunc uos pharisaei. quod de foris est. calicis. et
extini mundatis. quod autem intus est. urin. ple
num est rapina et iniquitate. Stulti. nonne qui fecit
quod de foris est. etiam id quod de intus est. fecit.
Uerum tamen quod superest. date elemosynam. et
ecce omnia munda sunt uobis.

Lv c xxxvi
Mt cccc xiii

Sed uae uobis pharisaeis. quia decimatis mentam. et
rutam. et omne holus. et praeteritis iudicium. et carita
tem dei. haec autem oportuit facere. et illa non
omittere.

Lv c xxxvii
Mt cccc xiiii

Vae uobis pharisaeis. quia diligitis primas exche
dras in synagogis. et salutationes in foro.

Vae uobis quia estis ut monumenta quae non ap-
parent. et homines ambulantes supra nesciunt.

Respondens autem quidam ex legis peritis. ait illi.
magister. haec dicens. etiam nobis contumeliam
facis. At ille ait. Et uae uobis legis peritis uae.

quia oneratis homines oneribus quae portare non
possunt. et ipsi uno digito uirum. non tangitis sarcinas.

Vae uobis quia aedificatis monumenta propheta-
rum. patres autem uiri occiderunt illos. profecto
testificamini quod consentitis operibus patrum
uirorum. quomodo quidem ipsi eos occiderunt. Uos autem
aedificatis eorum sepulchra.

Propterea et sapientia dei dixit. uenturam ad illos
prophetas et apostolos. et ex illis occident. et perse-
quentur. ut inquiratur sanguis omnium prophe-
tarum qui effusus est a constitutione mundi. a gene-
ratione ista. a sanguine abel. usque ad sanguinem
zachariae. qui perit inter altare et aedem. Ita dico
uobis. requiretur ab hac generatione.

Vae uobis legis peritis. qui tulistis clauem scientiae.

Lxxliii.
Sol.

Ipsi non introistis. et eos qui introibant prohibuistis.

Cum haec ad illos diceret. coeperunt pharisaei et legis periti grauer insistere. et os eius opprimere. de multis insidiantesque et quaerentes capere aliquid ex ore eius. ut accusarent eum. multis autem turbis circumstantibus. ita ut se inuicem conculerent. coepit dicere ad discipulos suos;

Lxxliiii.
Sol.
Lxxliiii.

Attendite a fermento pharisaeorum. quod est hyprocrisis.

Lxxlv.
Sol.

Nihil autem opertum est quod non reuelatur. neque absconditum quod non sciatur. quomodo quae in tenebris dixistis. in lumine dicentur. Et quod in aurem locuti estis in cubiculis. predicabitur in tectis. dico autem uobis amici mei. ne terreamini ab his qui occidunt corpus et post haec non habent amplius quod faciant. Ostendam autem uobis. quem timeatis. Timeate eum. qui postquam occiderit. habet potestatem mittere in gehennam. Ita dico uobis. hunc timeate. Nonne quinq. passeret ueneunt

dipondio. et unus ex illis non est in oblivione coram dō;
 Sed et capilli capitis ur̄i. omnes numerati sunt.
 nolite ergo timere. multis passeribus. pluris estis.
 Dico autem uobis. Omnis qui cumq. confessus fuerit
 me coram hominibus. et filius hominis confitebi
 tur illum. coram angelis dī.

Qui autem negauerit me coram hominibus.
 de negabitur coram angelis dī.

Et omnis qui dicit uerbum in filium hominis.
 remittetur illi. Et autem qui in sp̄m sc̄m blasphema
 uerit. non remittetur.

Lum autem inducent uos in synagogas et ad magistra
 tus et potestates. nolite solliciti esse qualiter aut
 quid respondeatis. aut quid dicatis. Sp̄s enim sc̄s
 docebit uos in ipsa hora. quae oportet dicere.

Ait autem quidam ex turba. magister. dic
 fratri meo. ut diuidat mecum hereditatem. At ille
 dixit ei. homo. quis me constituit iudicem. aut
 diuisorem super uos? dixitq. ad illos. uidete et caue
 te ab omni auaritia. quia non in habundantia

cuiusquam uita eius est ex his quae possidet. Dixit
autem similitudinem ad illos dicens. Homini cuius
dam diuitis uberes fructus ager attulit. et cogitabat
intra se dicens. Quid faciam quod non habeo quo con
gregem fructus meos. Et dixit. hoc faciam. destrua
hortum meum et maiora faciam. et illuc congregabo om
nia quae nata sunt mihi. et bona mea. et dicam anime
meae. Anima habes multa bona posita in annos plu
rimos. requiesce. comede. bibe. epulare. Dixit
autem illi dñs. Stulte. hac nocte. animam tuam re
petunt a te. quae autem paraasti cuius erunt.
sic est qui sibi thesaurizat. et non est in dñm diues.
Dixitq. ad discipulos suos. Ideo dico uobis. nolite
solliciti esse animae quid manducetis. neq. corpori
quid uestiamini. Anima plus est quam aescia. et
corpus plus est quam uestimentum. Considerate
coruos. quia non seminant. neq. metunt. quibus
non est cellarium. neq. horreum. et dñs pascit illos.
Quantomagis uos pluris estis illis. Quis autem ur̄m
cogitando potest adicere ad staturā suam cubitum

Lxcl.
M^o lxxviii.

unum. Si ergo neque quod minimum est potestis.
 quid de ceteris solliciti estis. Considerate lilia: quo
 modo crescunt. non laborant. non nent. Dico autem
 uobis. nec salomon in omni gloria sua uestiebatur.
 sicut unum existis. Si autem foenum quod hodie in
 agro est. et cras in clibanum mittitur. de sic uestit.
 quanto magis uos pusillae fidei. Et uos nolite quaerere.
 quid manducetis. aut quid bibatis. et nolite in sublime
 tolli. haec enim omnia. gentes mundi quaerunt.
 pater autem uester scit. quo his indigetis. Uerum ta-
 men. quaerite regnum dei. et haec omnia
 adicientur uobis.

Noli timere pusillus grex. quia complacuit patri
 uro. dare uobis regnum.

Vendite quae possidetis. et date elemosynam.
 Facite uobis sacculos qui non ueterecunt. thesaurum
 non deficientem in caelis. quo fur non appropiat. neque
 tinea corrumpit. ubi enim thesaurus uer est.
 ibi et cor uestrum erit.
 Sint lumbi ueri praecincti. et lucernae ardentes. Et uos

similes hominibus expectantibus dominum suum.
quando reuertatur a nuptiis. Ut cum uenerit et
pulsauerit. confestim aperiant ei.

Lu. clv.
Mt. lxxvii.

Beati serui illi. quos cum uenerit dominus inue
nerit uigilantes. Amen dico uobis. quod percin
get se. et faciet illos discumbere. et transiens mini
strabit illis. Et si uenerit in secunda uigilia. et si in
tertia uigilia uenerit. et ita in uenerit.
beati sunt serui illi.

Lu. clvi.
Mt. lxxviii.
Mt. clv.

Hoc autem scitote. quia si sciret pater familias qua
hora fur ueniret. uigilaret utique. et non sineret perfo
di domum suam. Et uos estote parati. quia qua hora
non putatis. filius hominis ueniet.

Lu. clvii.
Mt. lxxviii.

Ait autem ei petrus. Dñe. ad nos dicis hanc parabo
lam. an et ad omnes. Dixit autem dñs. quis putas
est fidelis dispensator et prudens. quem constituit
dominus supra familiam suam. ut det illis in tempo
re tritici mensuram. Beatus ille seruus. quem cum
uenerit dominus. in uenerit ita facientem. Vere
dico uobis. quia supra omnia quae possidet.

constituet illum.

Quod si dixerit seruus ille in corde suo. mora facit
dominus meus uenire. et coeperit percutere pueros.
et ancillas. et edere et bibere et inebriari. ueniet dñs
serui illius in die quā non sperat. et hora quā nescit.
et diuidet eum. partemq. eius cum infidelibus. ponet.

Ille autem seruus qui cognouit uoluntatem domi-
ni sui et non preparauit. et non fecit secundum uolun-
tatem eius. uaxpulabit multis. Qui autem non cogno-
uit et fecit digna. plagis uaxpulabit paucis. Omni-
autem cui multum datum est. multum queretur
ab eo. Et cui commenda uerunt multum.

plus petent ab eo.

Ignem ueni mittere in terram. et quid uolo. nisi
accendatur. **B**aptisma autem habeo baptizari.
Et quomodo coactor usq. dum perficiatur. Putatis
quia pacem ueni dare in terram. Non. Dico uobis.
sed separationem. Erunt enim ex hoc quinq. in domo
una diuisi tres in duo. et duo in tres diuidentur.
pater in filium. et filius in patrem suum. Mater

in filiam. et filiam in matrem. Socrus in nurum suam.
et nurus in socrum suam.

Luce 11.
M. lxxii.

Dicebat autem et ad turbas. Cum uideritis nubem
orientem ab occasu. statim dicitis nimbis uenit. et
ita fit. Et cum austrum flantem. dicitis quia aestus
erit. et fit. hypocrite. faciem terre et celi nostis pro
bare. hoc autem tempus quomodo non probatis?
quid autem et uobis ipsis non iudicatis quod iustum est?

Luce 11.
M. lxxiii.

Lum autem uadis cum aduersario tuo ad principem
in uia. da operam liberari ab illo. Ne forte tradat te
apud iudicem. et iudex tradat te exactori. et exactor
mittat te in carcerem. Dico tibi. non exies inde donec
etiam nouissimum minutum reddas.

Luce 11.
Sol

AD ERANT AUTEM QUIDAM IPSO IN TEM
pore. nuntiantes ^{illi.} de galilaeis. quorum sanguinem
pilatus miscuit cum sacrificiis eorum. Et respondens.
dixit illis. putatis quod hi galilaei pro omnibus galile
is peccatores fuerunt. quia talia passi sunt? Non. di
co uobis. sed nisi penitentiam habueritis. omnes si
militer peribitis. Et sicut illi decem et octo. supra quos

cecidit turris in synloa et occidit eos; putatis quia et
 ipsi debitores fuerunt praeter omnes homines habi-
 tantes in hierusalem. Non dico uobis. sed si non
 paenitentiam habueritis. Omnes similiter peribitis.
 Dicebat autem hanc similitudinem. Arborem
 ficu habebat quidam plantatam in uinea sua. et uenit
 quaerens fructum in illa. et non inuenit. Dixit au-
 tem ad cultorem uineae. Ecce annus est. ex quo
 uenio quaerens fructum in ficulnea hac. et non inuenio.
 Succide ergo illam. Ut quid etiam terram occupat.
 At iller respondens. dixit illi. Domine. dimitte illam
 et hoc anno. usque dum fodiam circa illam. et mittam
 stercora. Et si quidem fecerit fructum. sin autem in
 futurum succides eam. Erat autem docens. in synago-
 gaeorum sabbatis. Et ecce mulier quae habebat spiri-
 tum infirmitatis annis decem et octo. et erat inclinata
 nec omnino poterat sursum respicere. Quam cum ui-
 disse ih̄s. uocauit ad se. et ait illi. Mulier. dimissa
 es ab infirmitate tua. Et imposuit illi manus. et
 confestim erecta est. et glorificabat d̄m.

Lucev.
M^occv.
21. xxx.

Respondens autem archisynagogus indignans quia
sabbato curasset ih̄s dicebat turbæ: sex dies sunt
in quibus oportet operari: In his ergo uenite et cura
mini et non in die sabbati: Respondit autem ad
illum dñs et dixit: hypocrita unusquisq; ur̄m
sabbato non soluit bouem suum aut asinum a prese
pio et ducit ad aquam: hanc autem filiam abrahe
quam alligauit satanas ecce decem et octo annis non
oportuit solui a uinculo isto die sabbati.

Lucev.
Sol.

Et cum hæc diceret erubescerant omnes aduersari
eius et omnis populus gaudebat in uniuersis
quæ gloriose fiebant ab eo.

Lucev.
M^occviii.
21. xlvi.

Dicebat ergo: cui simile est regnum dī et cui simi
le esse existimabo illud: simile est grano sinapis
quod acceptum homo misit in hostium suum et creuit
et factum est in arborem magnam et uolucres celi
requieuerunt in ramis eius.

Lucev.
M^occviii.
21. xlviii.

Et iterum dixit: cui simile aestimabo regnum dī:
simile est fermento quod acceptum mulier abscon
dit in farinæ saxatris donec fermentaretur totum

Et ibat per ciuitates et castella docens. et interfaciens
in hierusalem.

Ait autem illi quidam. Dñe. si pauci sunt qui sal
uantur. Ipse autem. dixit ad illos. Contendite intra
re per angustam portam. quia multi dico uobis que
runt introire et non poterunt.

Lum autem intrauerit pater familias et clauserit
ostium. incipietis foris stare et pulsare ostium dicen
tes. dñe. aperis nobis. Et respondens dicet uobis.
nescio uos. unde sitis. Tunc incipietis dicere. mandu
cauimus coram te et bibimus. et in plateis nr̄is docuisti.
Et dicet uobis. nescio uos unde sitis. Discedite a me
omnes operari iniquitatis. ubi erit fletus et stridor
dentium.

Lum autem uideritis abraham. et isaac. et iacob. et
omnes prophetas in regno dñi. uos autem expelli foras.
Et uenient ab oriente. et occidente. et aquilone. et austro.
et accumbent in regno dñi.

Et ecce sunt nouissimi qui erunt primi. et sunt primi.
qui erunt nouissimi.

Lxxviii.
Sol.

In ipsa die accesserunt quidam pharisaeorum. dicentes
illy. Exi tu a dehinc. quia herodes uult te occidere.
Et ait illis. Ite. et dicitte uulpilly. Ecce eicio daemonia
et sanitates perficio hodie et cras. et tertia die consum
mor. Uterum tamen. o postea me hodie et cras et sequen
tia ambulare. quia non capit prophetam perire
extra hierusalem.

Lxxv.
M. cxxli.

Hierusalem hierusalem. quae occidis prophetas.
et lapidas eos qui mittuntur ad te. Quotiens uolui
congregare filios tuos quemadmodum auis nidum
suum sub pennis. et noluisti. Ecce. relinquetur uo
bis domus tua. Dico autem uobis. quia non uidebi
tis me donec ueniat cum dicetis. Benedictus
qui uenit. in nomine dñi.

Lxxvi.
Sol.

Et factum est cum intraret in domum cuiusdam
principis pharisaeorum sabbato manducare panem.
et ipsi obseruabant eum. Et ecce homo quidam hydro
picus. erat ante illum.

Lxxvii.
M. cxxvi.
M. cxxv.

Et respondens ih̄s. dixit ad legis peritos et pharisaeos
dicens. silicet sabbato curare. At illi. tacuerunt.

Ipse uero apprehensum. sanauit eum ac dimisit. Et
respondens ad illos. dixit. Cuius uerm asinus aut bos
in puteum cadit. et non continuo extrahet illum die
sabbati. Et non poterant ad haec respondere illi.

^{Lv. c. lxxxviii.}
^{Sol.} Dicebat autem et ad inuitatos parabolam. intendens
quomodo primos accubitus eligerent. dicens ad illos.
Cum inuitatus fueris ad nuptias. non discumbas in
primo loco. Ne forte honoratior te sit inuitatus ab illo
et ueniens is qui te et illum uocauit. dicat tibi. da
huic locum. Et tunc incipias cum rubore. nouissi-
mum locum tenere. Sed cum uocatus fueris. uade.
recumbe in nouissimo loco. Ut cum uenerit qui te
inuitauit. dicat tibi. Amice. Ascende superius.
Tunc erit tibi gloria. coram simul discumbentibus.

^{Lv. c. lxxxviii.}
^{Si c. cccc.} Quia omnis qui se exaltat humiliabitur. et qui
se humiliat. exaltabitur.

^{Lv. c. lxxxix.}
^{Sol.} Dicebat autem et iter qui se inuitauerat. Cum facis
prandium aut cenam. noli uocare amicos tuos. neq.
fratres tuos. neq. cognatos. neq. uicinos diuites. ne
forte et ipsi te reuident. et fiat tibi retributio.

Sed cum facis conuiuium. uoca pauperes. debiles. clau-
dos. caecos. et beatus eris. quia non habent retribuere
tibi. Retribuetur enim tibi in resurrectione iustorum.
Haec cum audisset quidam de simul discumbentibus.
dixit illi. Beatus qui manducabit panem in regno di.
At ipse dixit illi. Homo quidam fecit cenam magna.
et uocauit multos. Et misit seruum suum hora cene di-
cere inuitatis ut uenirent. quia iam parata sunt omnia.
Et coeperunt simul omnes excusare. Primus dixit ei.
Villam enim. et necesse habeo exire et uidere illam.
Rogote. habere me excusatum. Et alter dixit. Iugabo
um enim quinque. et eo probare illa. Rogote. habere me
excusatum. Et alius dixit. Uxorem duxi. et ideo non
possum uenire. Et reuersus seruus. nuntiauit haec
domino suo. Tunc iratus paterfamilias. dixit seruo
suo. Exi cito in plateas et uicos ciuitatis. et pauperes
et debiles. et caecos et claudos introduce hic. Et ait seruus.
Dne. factum est ut imperasti. et adhuc locus est.
Et ait dominus seruo. Exi in uias. et sepes et compelle
intrare. ut impleatur domus mea. Dico autem uobis.

Lw c lxxxv.
M c ccc.

quod nemo uirorum illorum qui uocati sunt.
gustabit cenam meam.

Ibant autem turbae multae cum eo. et conuersus
dixit ad illos. si quis uenit ad me. et non odit patrem
suum. et matrem. et uxorem. et filios. et fratres et sorores.
adhuc autem et animam suam. non potest meus
discipulus esse. Et qui non uulcat crucem suam. et
uenit post me. non potest meus esse discipulus.

Qui enim ex uobis uolens turrim aedificare. non
prius sedens computat sumptus qui necessarii sunt.
si habeat ad perficiendum. Ne postea quam posuerit
fundamentum. et non potuerit perficere. omnes qui
uident. incipiant illudere ei dicentes. quia hic ho-
mo coepit aedificare. et non potuit consummare.
Aut quis rexiturus committere bellum aduersus ali-
um regem. non sedens prius cogitat. si possit cum decem
milibus occurrere ei. qui cum uiginti milibus uenit
ad se. Alioquin. adhuc illo longe agente. legationem
mittens. rogat ea quae pacis sunt.

Sic ergo omnis ex uobis qui non renuntiat omnibus

quae possidet. non potest meus esse discipulus.

Lxx clxxxv.
M^o lxxxv.
M^o clxxv.

BONUM EST SAL. SI AUTEM SAL QUO QUAE
CUANUERIT. IN QUO CONDIETUR. NEQ. IN TERRAM. NEQ.
IN STERQUILINIUM UTILE EST. SED FORAS MITTITUR. QUI
HABET AURES AUDIENDI. AUDIAT.

Lxx clxxxvi.
M^o lxxxvi.
M^o clxxvi.

ERANT AUTEM APPROPINQUANTES EI PUBLICANI ET PEC
CATORES. UT AUDIRET ILLUM. ET MURMURABANT PHARI
SEI ET SCRIBAE. DICENTES. QUIA HIC PECCATORES RECIPIT.
ET MANDUCAT CUM ILLIS.

Lxx clxxxvii.
M^o lxxxvii.
M^o clxxvii.

ET AIT AD ILLOS PARABOLAM ISTAM DICENS. QUI S EX UOBIS
HOMO QUI HABET CENTUM OUES. ET SI PERDIDERIT UNA
EX ILLIS. NONNE DIMITTIT NONAGINTA NOUEM IN DESERTO
ET UADIT AD ILLAM QUAE PERIERAT DONEC INUENIAT ILLAM.
ET CUM INUENERIT. IMPOSIT IN HUMEROS SUOS GAUDENS.
ET UENIENS DOMUM. CONUOCAT AMICOS ET VICINOS DI
CENS. CONGRATULAMINI MIHI. QUIA INUENI OUEM MEAM
QUAE PERIERAT. DICO UOBIS. QUOD ITA GAUDIUM ERIT
IN CAELO SUPER UNO PECCATORE PENITENTIAM AGENTE.
QUAM SUPRA NONAGINTA NOUEM IUSTIS QUI NON
INDIGENT PENITENTIA.

Luce 15. 10-11. Sol.
 Aut quae mulier habens dragmas decem. si perdi-
 derit dragmam unam. nonne accendit lucernam. et
 euectit domum. et quaerit diligenter donec inueniat.
 Et cum inuenerit. conuocat amicas et uicinas dicens.
 Congratulamini mihi. quia inueni dragmam quam
 perdideram.

Luce 15. 12-13. Sol.
 Ita dico uobis. gaudium erit coram angelis di. super
 uno peccatore. penitentiam agente.

Luce 15. 11-12. Sol.
 Ait autem. homo quidam habuit duos filios. et
 dixit adolecentiori ex illis patri. pater. da mihi portio-
 nem substantiae. quae me contingit. Et diuisit
 illis substantiam. Et non post multos dies. congre-
 gatis omnibus adulescentiori filius. peregre profec-
 tus est in regionem longinquam. Et ibi dissipauit
 suam. uiuendo luxuriose. Et postquam omnia
 consummasset. facta est fames ualida in regione illa.
 et ipse coepit egere. Et abiit. et adhesit uniuicium
 regionis illius. et misit illum in uillam suam. ut
 pasceret porcos. Et cupiebat implere uentrem suum
 de siliquis quas porci manducabant. et nemo illi

dabat. In se autem reuersus. dixit. quanti mercen
narij patris mei abundant panibus. ego autem hic
fame perco. surgam et ibo ad patrem meum. et dicam
illy. pater. peccaui in celum et coram te. etiam non
sum dignus uocari filius tuus. fac me sicut unum de
mercennarijs tuis. Et surgens. uenit ad patrem suum.
Cum autem adhuc longe esset. uidit illum pater
ipsius. et misericordiam motus est. Et accurrens ceci
dit supra collum eius. et osculatus est illum. Dixitq.
ei filius. pater. peccaui in celum et coram te. iam non
sum dignus uocari filius tuus. Dixit autem pater ad
seruos suos. cito proferte stolam primam. et induite
illum. et date anulum in manum eius. et calciamenta
in pedes. Et adducite utiulum saginatum et occidite.
et manducemus et epulemur. quia hic filius meus
mortuus erat et reuixit. perierat. et inuentus est.
Et coeperunt epulari. Erat autem filius eius senior
in agro. Et cum ueniret et appropinquaret domui.
audiuit symphoniam et chorum. Et uocauit unum
de seruis. et interrogauit quae haec essent. Isq.

dixit illi. frater tuus uenit. et occidit patrem tuum. ut tu-
 lum saginatum. quia saluum illum recepit. Indigna-
 tus est autem. et nolebat introire. pater ergo illius
 egressus. coepit rogare illum. et ille respondens. dixit
 patri suo. Ecce tot annis seruo tibi. et nunquam
 mandatum tuum preterui. et nunquam dedisti mi-
 hi hedum. ut cum amicis meis epularer. Sed postquam
 filius tuus hic qui deuorauit substantiam suam cum
 meretricibus uenit. occidisti illi uitulum saginatum.
 At ipse dixit illi. fili. tu semper mecum es. et omnia
 mea tua sunt. Epulari autem et gaudere oportebat.
 quia frater tuus hic mostuus erat. et reuixit. perierat.
 et inuentus est. Dicebat autem et ad discipulos suos.
 Homo quidam erat diues. qui habebat uilicum. Et
 hic diffamatus est apud illum. quasi dissipasset bo-
 na ipsius. Et uocauit illum. et ait illi. quid hoc audio
 dete. Redde rationem uilicationis tuae. iam enim
 non poteris uilicare. Ait autem uilicus intra se.
 quid faciam quia dominus meus auferet a me uilicati-
 onem. fodere non ualeo. mendicare erubescio. scio

quid faciam. Ut cum a motu fuero a uilicatione. re-
cipiant me in domos suas. Conuocatis itaque singulis
debitoribus domini sui. dicebat primo. quantum
debes domino meo. At ille dixit. Centum cados oles.
Dixitque illi. Accipe cautionem tuam. et sede cito. scri-
be quinquaginta. Deinde alio dixit. Tu uero quan-
tum debes. quia ait. Centum chorostriticis. At illi.
Accipe litteras tuas. et scribe octoginta. Et laudauit
dominus uilicum iniquitatis. quia prudenter fecisset.
quia filii huius seculi. prudentiores filii lucis. in
generatione sua sunt. Et ego dico uobis. facite uobis
amicos de mammona iniquitatis. ut cum defeceris
recipiant uos. in aeterna tabernacula. Qui fidelis
est in minimo. et in maiore fidelis est. Et qui in mo-
dico iniquus est. et in maiore iniquus est. Si ergo
in iniquo mammona fideles non fuistis. quod uerum
est quis credet uobis. Et si in alieno fideles non fuistis.
quod uerum est quis dabit uobis.

Lv exxi.
Mt viii.

Nemo seruus potest duobus dominis seruire. Aut
enim unum odiet. et alterum diliget. Aut uni ad

heredit. et alterum contemnet. non potestis dō
seruire et mammonē.

Audiebant autem omnia hec pharisei qui erant iu-
ri. et deridebant illum. Et ait illis. uos estis qui iusti-
ficatis uosmetipsos coram hominibus. dñs autem no-
uit corda ur̄a. quia quod hominibus altum est.
ab hominatio est ante dñm.

Lex et prophete. usq. ad iohannem. ex eo regnum
dñi euangelizatur. et omnis in illum uim facit.

Facilius est autem celum et terram praeterire. quā
de lege unum apicem cadere.

Et omnis qui dimittit uxorem suam et ducit alterā.
moechatur. Et qui dimissam a uiro ducit. moechatur.

HOMO QUIDAM ERAT DIVES. ET IN DUEBA-
tur purpura et bysso. et epulabatur cotidie splendi-
de. Et erat quidam mendicus nomine lazarus. qui
iacebat ad ianuam eius ulcerib. plenus. cupiens satu-
rari de micis. que cadebant de mensa diuitis. sed et
canes ueniebant. et lingebant ulcera eius. factum est
autem ut moreretur mendicus. et postaretur ab

angelis. in sinum abrahe. Mostuus est autem et di
ues. et sepultus est in inferno. Eleuans autem oculos
suos cum esset in tormentis. uidit abraham a longe.
et lazarus in sinu eius. Et ipse clamans dixit. pater
abraham miserere mei. et mitte lazarus ut intingat
extremum digiti sui in aqua. et refrigeret linguam
meam. quia crucior in hac flamma. Et dixit illi
abraham. fili. recordare quia recepisti bona in uita
tua. et lazarus. similiter mala. Nunc autem hic
consolatur. tu uero cruciaris. Et in his omnibus in
ternos et uos chaos magnum firmatum est. ut hi qui
uolunt hinc transire ad uos non possint. neque inde
huc transire. Et ait. Rogo ergo te pater. ut
mittas eum in domum patris mei. habeo enim quin
que fratres. ut testetur illis ne et ipsi ueniant in locum hunc
tormentorum. Et ait illi abraham. habent moyses et
prophetas. audiant illos. At ille dixit. non pa
ter abraham. sed si quis ex mortuis uerit ad eos. paeni
tentiam agent. Ait autem illi. si moyses et prophe
tas non audiunt. neque si quis ex mortuis resurrexerit.

credent.

Et ad discipulos suos ait. Impossibile est. ut non ueniant scandala. Uae autem illi. per quem ueniunt ut aliud est illi. si lapis molaris imponatur circa collum eius et proiciatur in mare. quam ut scandalizet unum de pusillis istis.

Atendite uobis. Si peccauerit frater tuus. increpa illum. Et si paenitentiam egerit. dimitte illi.

Et si septies in die peccauerit in te. et septies in die conuersus fuerit ad te dicens. penitet me. dimitte illi.

Et dixerunt apostoli domino. Ad auge nobis fidem; dixit autem dominus; si habueritis fidem sicut granum sinapis. diceretis huic arbori moro. et radicare et transplantare in mare. et oboediret uobis.

Quis autem uirum habens seruum arantem. aut pascentem. qui regresso de agro dicat illi statim; transi recumbe. et non dicat ei para quod cenem. et praecinge te et ministra mihi donec manducem. et bibam. et post haec tu manducabis et bibes. Numquid gratiam habet seruo illi. quia fecit quae ei imperauerat.

Non puto; sic et uos cum feceritis omnia quae precepta
sunt uobis. dicite. serui inutiles sumus quod debuimus
facere fecimus. Et factum est dum iret in hierusalem.
transiebat per mediam samariam et galileam. Et cum
ingredere tur quoddam castellum. occurrerunt ei
decem uiri leprosi. qui steterunt a longe. et leuaue
runt uocem dicentes. ihu preceptor. miserere nri.
quos ut uidit. dixit. ite. ostendite uos sacerdotibus.
Et factum est dum irent. mundati sunt. Unus autē
ex illis ut uidit quia mundatus est. regressus est cum
magna uoce. magnificans dnm. Et cecidit in faciem ante
pedes eius. gratias agens. et hic erat samaritanus. Re
spondens autem ihu. dixit. Nonne decem mundati
sunt. et nouem ubi sunt. Non est inuentus qui redi
ret et daret gloriam dō. nisi hic alienigena. Et ait
illi. surge uade. quia fides tua. te saluum fecit.
Interrogatus autem a pharisaeis. quando uenit regnū
dī. Respondit eis. et dixit. Non uenit regnum dī cū
obseruatione. neq. dicent. ecce hic. aut ecce illic.
Ecce enim regnum dī intra uos est.

Lv. cccc.
M. cclv.

Et ait ad discipulos suos. Uenient dies quando desi-
deratis uidere unum diem filii hominis. et non uidebitis.

Et dicent uobis. Ecce hic ecce illic. nolite ire.
neque sectemini.

Nam sicut fulgur coruscans de sub celo. in ea quae
sub celo sunt fulget. ita erit filius hominis in die sua.

Primum autem oportet illum multa pati.
et reprobari a generatione hac.

Et sicut factum est in diebus noe. ita erit et in dieb.
filii hominis. Edebant et bibebant. et uxores duce-
bant. et dabantur ad nuptias. usque in diem qua intra-
uit noe in arcam. et uenit diluuium. et perdidit omnes.

Similiter sicut factum est in diebus loth. edebant
et bibebant. emebant et uendebant. plantabant.
aedificabant. Quae die autem exiit loth a sodomis
pluit ignem et sulphur de celo. et omnes perdidit.
Secundum haec erit. quae die filius hominis reuelabitur.

In illa hora qui fuerit in tecto. et uasa eius in domo.
ne descendat tollere illa. Et qui in agro. similiter
non redext retro.

omnia quae
sumus quod
um ire in
et galileam
m. occur
nt longe
ptor. misere
dite uos
dati sunt
est. regressi
eccidit in
at sum
ne decem
ft in uent
alienigena
e saluum
quando uen
uenit regnum
caut ecce illic

Lv cciii
Sol.
Lv ccvii
Sol.
Lv ccviii
Sol.
Lv ccviii
Sol.
Lv ccviii
Sol.
Lv ccviii
Sol.
Lv ccviii
Sol.

Luce x.
Sol.

Memores estote uxoris loth:

Luce xi.
Mt. xlviii.
Luce.

Quicumq. quaesierit animam suam saluare.
perdet illam. Et qui ^{cumq.} perdidit illam. uiuificabit eam.

Luce xxi.
Mt. lxxii.

Dico uobis. In illa nocte erunt duo in lecto uno.

unt molentes in unum.
sumetur. et altera
uet.

unus assumetur. et alter relinquetur. Duo in agro.

unus assumetur. et alter relinquetur.

Luce xxiii.
Mt. lxxv.

Respondentes dicunt illi. Ubi dñe. Qui dixit eis.
Ubi cumq. fuerit corpus. illuc congregabuntur aquile.

Luce xxviii.
Sol.

Dicebat autem et parabolam ad illos. quomodo oportet
semper orare. et non deficere dicens. Iudex quidam
erat in quadam ciuitate. qui dñm non timebat. et ho-
minem non reuerbatur. Vidua autem quaedam
erat in ciuitate illa. et ueniebat ad eum dicens. Uin-
dica me de aduersario meo. et nolebat per multum
tempus. Post haec autem dixit in tra se. Etsi dñm non
timeo. nec hominem uereor. tamen quia molesta est
mhi haec uidua uindicabo illam. ne in nouissimo
ueniens suggillet me. At autem dñs. Audite quid
iudex iniquitatis dicit. Dñs autem non faciet uin-
dictam electorum suorum clamantium ad se die



ac nocte et patientiam habebit in illis. Dico uobis.
 quia cito faciet uindictam illorum. Uerum tamen.
 filius hominis ueniens putas inueniet fidem in terra.
 Dixit autem et ad quosdam qui in se confidebant tam
 quam iusti et aspernabantur ceteros. parabolam istam.
 Duo homines ascenderunt in templum. ut orarent.
 Unus phariseus. et alter publicanus. phariseus stans.
 haec apud se orabat. Ds. gratias ago tibi. quia non
 sum sicut ceteri hominum. Raptores. iniusti. adul
 teri. uelut etiam hic publicanus. Ieiuno bis in sabba
 to. decimas do omnium quae possideo. Et publica
 nus a longe stans. nolens nec oculos ad caelum leuare.
 sed percutiebat pectus suum dicens. Ds. propitius esto
 mihi peccatori. Amen dico uobis. descendit hic iusti
 ficatus in domum suam ab illo.

Quia omnis qui se exaltat humiliabitur.
 et qui se humiliat. exaltabitur.

Afferebant ^{autē} ad illum et infantes. ut eos tangeret. qd
 cum uiderent discipuli. increpabant illos. Ihs autem
 conuocans illos. dixit. sinite pueros uenire ad me.

et nolite eos uocare. Talium enim est regnum dei

Lv ccxviii.
Mⁱⁱ cxxviii.
Aⁱⁱ xcv.

Amen dico uobis. quicumque non acceperit regnum
dei sicut puer. non intrabit in illud.

Lv ccxxviii.
Mⁱⁱ cxxxviii.
Aⁱⁱ cxviii.

Et interrogauit eum quidam princeps dicens. magister
bone. quid faciendo uitam aeternam possidebo?

Dixit autem ei ihesus. quid me dicis bonum? nemo bo
nus nisi solus deus. mandata nostra. non occides. non
moechaaberis. non furtum facies. non falsum testimo
nium dices. honora patrem tuum. et matrem. qui
ait. haec omnia custodiui a iuuentute mea.

Lv ccxxxviii.
Mⁱⁱ cxcviii.
Aⁱⁱ cxviii.

Quo audito ihesus. ait ei. Adhuc unum tibi deest.
Omnia quaecumque habes uende et da pauperibus. et
habebis thesaurum in caelo. et ueni sequere me.

Lv ccxl.
Mⁱⁱ cxcv.
Aⁱⁱ cxviii.

His ille auditis contristatus est. quia diues erat
ualde. Videns autem illum ihesus tristem factum. dixit
quam difficile qui pecunias habent in regnum dei
intrabunt. Facilius est enim camelum per foramen
acus transire. quam diuitem intrare in regnum dei.
Et dixerunt qui audiebant. Et quis potest saluus
fieri? ait illis. quae impossibilia sunt apud homines.

possibilia sunt apud dñm. ait autem petrus. Ecce nos
dimisimus omnia. et secuti sumus te.

Qui dixit eis. Amen dico uobis. nemo est qui re-
liquit domum. aut parentes. aut fratres. aut uxorem.
aut filios. propter regnum dñi. et non recipiet multo
plura. in hoc tempore. Et in seculo futuro.
uitam aeternam.

Assumpsit autem ih̄s duodecim. et ait illis. Ecce
ascendimus hierosolymam. et consummabuntur
omnia quae scripta sunt per prophetas de filio ho-
minis. Tradetur enim gentibus. et illudetur. et fla-
gellabitur. et conspuetur. Et postquam flagellaue-
rint. occident eum. et die tertia resurget.

Et ipsi nihil horum intellexerunt. Et erat uerbum
istud absconditum ab eis. et non intellegebant.
quae dicebantur.

Factum est autem cum appropinquaret hiericho.
caecus quidam sedebat. secus uiam mendicans. Et
cum audiret urbem praeter euntem. interrogabat
quid hoc esset. Dixerunt autem ei. quod ih̄s nazarenus

transiret. Et clamauit dicens. ihū fili dauid. miserere
mei. Et qui preibant. increpabant eum ut taceret. ⁊
ipse uero. multo magis clamabat. fili dauid miserere
mei. Stans autem ih̄s. iussit eum adduci ad se. Et cum
appropinquasset. interrogauit illum dicens. quid
tibi uis faciam. ⁊ ille dixit. Dñe. ut uideam. Et ih̄s
dixit illi. Despice. fide tuate saluum fecit. Et con
festim uidit. ⁊ sequebatur illum magnificans dñm.
Et omnis plebs ut uidit. dedit laudem dō. ⁊

Luce xxv.
86.

Et ingressus perambulabat hiericho. ⁊ ecce uir no
mine zacheus. Et hic erat princeps publicanorum.
⁊ ipse diues. Et querebat uidere ih̄m quis esset. ⁊ n̄
poterat pre turba. quia statura pusillus erat. Et pre
currentis ascendit in arborem sycomorum ut uideret
illum. quia inde erat transiturus. Et cum uenisset
ad locum. suspiciens ih̄s uidit illum. ⁊ dixit ad eum.
Zachee. festinans descende. quia hodie in domo tua
⁊ oportet me manere. ⁊ festinans descendit. ⁊ exce
pit illum gaudens. Et cum uiderent omnes murmu
rabant dicentes. quod ad hominem peccatorem di

uertisset. Stans autem zacheus. dixit ad dñm; Ecce
 dimidium bonorum meorum dñe. dō pauperibus.
 et si quid aliquem defraudaui. reddo quadruplum;
 At ih̄s ad eum. quia hodie salus domui huic facta est.
 eo quod ipse filius sit abrahe.

Venit enim filius hominis querere et saluum facere.
 quod perierat.

Hæc illis audientibus. adiciens dixit parabolam;
 eo quod esset prope hierusalem. et quia existimarent
 quod confestim regnum dī manifestaretur.

Dixit ergo. Homo quidam nobilis abiit in regio-
 nem longinquam. accipere sibi regnum. et reuertī.

Vocatis autem decem seruis suis. dedit illis decem
 mnas. et ait ad illos; Negotiamini dum uenio; Ciues
 autem eius oderant illum. et miserunt legationem
 post illum dicentes. nolumus hunc regnare super nos.
 Et factum est ut rediret accepto regno. et iussit uoca-
 ri seruos quibus dedit pecuniam. ut sciret quantum
 quisq; negotiatus esset. Uenit autem primus dicens.
 Dñe. mnata. decem mnas adquisiuit. Et ait illi.

Euge bone serue. quia in modico fidelis fuisti. eris
potestatem habens super decem ciuitates. Et alter
uenit dicens. Domine. mnata. fecit quinq. mnas.
Et huic ait. Et tu esto supra quinq. ciuitates. Et alter
uenit dicens. Domine. ecce mnata. quam habui re
positam in sudario. Timui enim te. quia homo auste
ris es. Tollis quod non posuisti. et metis quod non
seminasti. Diciteq. De ore tuo te iudico serue nequa.
Sciebas quod ego austeris homo sum. tollens quod
non posui. et metens quod non seminaui. Et quare
non dedisti pecuniam meam ad mensam. et ego ue
niens cum usuris utiq. exegissem illam. Et astantib.
dixit. Aufer te ab illo mnas. et date illi qui decem
mnas habet. Et dixeruntq. Domine. habet
decem mnas.

Lv. 20. xxx.
Mt. 23. 12.

Lv. 20. xxxi.
Mt. 23. 13.

Dico autem uobis. quia omni habenti dabitur.
Ab eo autem qui non habet. et quod habet. auferetur ab eo.
Verum tamen. inimicos meos illos qui noluerunt
me regnare super se. adducite huc et interficite ante
me. Et his dictis. precedebat ascendens hierosolymam.

Et factum est cum appropinquasset ad beth fage et
 bethaniam ad montem qui uocatur oliueti. misit du
 os discipulos suos dicens. Ite in castellum quod contra
 est. In quod introcuntes. inuenietis pullum asinae
 alligatum. cui nemo umquam hominum sedit. soluite
 illum. et adducite. Et si quis uos interrogauerit qua
 re soluitis. sic dicetis ei. quia dñs operam eius desiderat.

Abierunt autem qui missi erant. et inuenerunt sicut
 dixit illis stantem pullum. soluentibus autem illis
 pullum. dixerunt domini eius ad illos. Quid solui
 tis pullum. At illi dixerunt. quia dominus eum
 necessarium habet. Et duxerunt illum ad ihm̄. Et
 iactantes uestimenta sua supra pullum. imposuerunt
 ihm̄. Cunte autem illo. substernebant uestimenta
 sua in uia.

Et cum appropinquaret iam ad descensum montis
 oliueti. coeperunt omnes turbe descendentium gau
 dentes laudare dñm uocem magna super omnibus quas
 uiderant uisitati bus dicentes. Benedictus qui uenit
 rex in nomine dñi. pax in celo et gloria in excelsis.

Lv. cc. xxxv.
M. lxxiii.

Et quidam phariseorum de turbis. dixerunt ad illum.
Magister. increpa discipulos tuos. quibus ipse ait.

Lv. cc. xxxvi.
S. l.

Dico uobis. quia si hita uerint. lapides clamabunt.
Et ut appropinquauit. uidens ciuitatem. fleuit cum
super illam dicens. quia si cognouisses et tu. et quidem
in hac die tua quae ad pacem tibi. nunc autem abscon
dita sunt ab oculis tuis. quia ueniens dies iste. et cir
cum dabunt te inimici tui uallo. et circum dabunt te.
et coangustabunt te undiq. et ad terram consternent
te. et filios tuos qui inter te sunt.

Lv. cc. xxxvii.
M. lxxiiii.
S. l. cxxviii.

Et non relinquent inter lapidem super lapidem. eo
quod non cognoueris tempus uisitationis tuae.

Lv. cc. xxxviii.
M. lxxv.
S. l. cxxix.
Lo. xxxi.

Et ingressus in templum. coepit eicere uendentes
in illo et ementes. dicens illis. scriptum est. quia do
mus mea. domus orationis est. uos autem fecistis il
lam. speluncam latronum.

Lv. cc. xxxviiii.
M. lxxv.
S. l. cxxix.
Lo. xxxi.

Et erat docens. cotidie in templo. principes autem
sacerdotum et scribae. et principes plebis querebant
illum perdere. et non inueniebant quid facerent illi.
Omnes enim populus suspensus erat. audiens illum.

Et factum est in una dierum. docente illo populū in
 templo et euangelizante. conuenerunt principes sacer
 dotū et scribę cum senioribus. et ueniunt dicentes ad illum;
 Dic nobis. in qua potestate hec facis. aut quis est qui de
 dit tibi hanc potestatem. Respondens autem. dixit
 ad illos. Interrogabo uos et ego unum uerbum. respon
 dete mihi. Baptismum iohannis de celo erat. an ex ho
 minibus. At illi. cogitabant inter se dicentes. Quia
 si dixerimus de celo. dicet nobis. quare ergo non cre
 didistis illi. si autem dixerimus ex hominibus. plebs
 uniuersa lapidabit nos. Cęsti sunt enim iohannem
 prophetam esse. Et responderunt se nescire unde esset.
 Et tibi at illis. neq. ego dico uobis. in qua potestate
 hec facio.

Lepit autem dicere ad plebem. parabolam hanc. ho
 mo plantauit uineam et locauit eam colonis. et ipse
 peregre fuit multis temporibus. Et in tempore misit
 ad cultores seruum. ut de fructu uineę darent illi. qui
 cesum. dimiserunt in anem. Et addidit alterū seruum
 mittere. Illi autem hunc quoq. cedentes. et afficientes

contumelia dimiserunt in anem. Et addidit testi-
um mittere. qui et illum uulnerantes. eiecerunt.
Dixit autem dominus uineae. quid faciam. mitte
filium meum dilectum. forsitan cum hunc uiderint.
uerbuntur. quem cum uidissent coloni. cogitaue-
runt intra se dicentes. hic est heres. occidamus illum.
ut nostra fiat hereditas. Et eiecerunt illum extra uineam.
occiderunt. Quid ergo faciet illis dominus uineae.
Ueniet et perdet colonos istos. et dabit uineam alius.
quo audito. dixerunt illi. absit. Ille autem aspici-
ens eos. ait. quid est ergo hoc quod scriptum est. la-
pidem quem reprobauerunt aedificantes. hic factus
est in caput anguli. Omnis qui ceciderit supra illum
lapidem. conquassabitur. supra quem autem ceci-
derit. comminuet illum.

Lv cccxliv.
M cccc.
M cccviii.
L ccccviii.

Et querebant principes sacerdotum et scribae mitte-
re in illum manus illa hora. et timuerunt populum.
Cognouerunt enim quod ad ipsos dixerit.
similitudinem istam.

Lv cccxliii.
M cccc.
M cccc.

Et obseruantes miserunt insidiatores qui se iustos

simularent. ut caperent eum in sermone. et traderent
 illum principatui et potestati presidis. Et interroga-
 uerunt illum dicentes. Magister. scimus quia recte di-
 cis et doces. et non accipis personam. sed in ueritate uia
 dei doces. Licet nobis tributum dare cesari. annon
 Considerans autem dolum illorum. dixit ad eos. quid
 me temptatis. Ostendite mihi denarium. cuius ha-
 bet imaginem et inscriptionem. Respondentes. dixe-
 runt. Cesaris. Et ait illis. Reddite ergo quae cesaris sunt.
 cesari. et quae dei sunt. deo.
 Et non potuerunt uerbum eius reprehendere coram ple-
 be. et mirati in responso eius. tacuerunt. Accesserunt
 autem quidam sadduceorum qui negant esse resurrec-
 tionem. et interrogauerunt eum dicentes. Magister.
 moyses scripsit nobis. si frater alicuius mortuus fuerit.
 habens uxorem. et hic sine filius fuerit. ut accipiat eam
 frater eius uxorem. et suscitet semen fratri suo. Septem
 ergo fratres erant. Et primus accepit uxorem. et mortu-
 us est sine filio. Et sequens accepit illam. et ipse mortu-
 us est sine filio. Et tertius accepit illam. similiter et



omnes septem: et non reliquerunt semen et mostui
sunt. Nouissime omnium: mostua est et mulier.
In resurrectione ergo cuius eorum erit uxor: siquidem
septem habuerunt eam uxorem. Et ait illis ih̄s: filii
seculi huius nubunt: et traduntur ad nuptias: Illi
uero qui digni habebuntur seculo illo: et resurrectione
ne ex mostuis: neq. nubent: neq. ducent uxores: ne
q. enim ultra mori poterunt: Aequales enim ange
lis sunt: et filii sunt d̄i: cum sint filii resurrectionis
quia uero resurgant mostui: et moyses ostendit se
cus rubum: sicut dicit d̄n̄m d̄m abraham: et d̄m isaac:
et d̄m iacob: D̄s autem non est mostuorum: sed uiuo
rum: Omnes enim uiuunt eij: Respondentes autem
quidam scribarum: dixerunt: magister: benedixisti.
Et amplius non audebant: eum quicquam interrogare.
QUIT autem ad illos: quomodo dicunt xp̄m filium
dauid esse: et ipse dauid dicit in libro psalmorum: dixit
d̄ns d̄no meo: sede ad dextris meis donec ponam inimi
cos tuos scabellum pedum tuorum: ^{si} dauid ergo d̄n̄m
illum uocat: et quomodo filius eius est?

Lv cccxliii
M cccxvii
M cccxxvii

Lv cccxlv
M cccxxvii
M cccxxviii

Audiente autem omni populo. dixit discipulis suis.
Attendite a scribis. qui uolunt ambulare in stolis. et
amant salutationes in foro. et primas cathedras in sy-
nagogis. et primos discubitus in conuiuiis.

Qui deuorant domos uiduarum. simulantes longam
orationem. hi accipient damnationem maiorem.
Respicens autem. uidit eos qui mittebant munera
sua in gazophilatium diuites. uidit autem. et qua-
dam uiduam paupertulam mittentem aeram minuta
duo. et dixit. Ueredito uobis. quia uidua haec paup-
plus quam omnes misit. Nam omnes hi. ex abundan-
tia sibi miserunt. in munera dei. haec autem. ex eo quod
deest illi. omnem uictum suum quem habuit misit.

Et quibusdam dicentibus de templo quod lapidibus
bonis et donis ornatum esset. dixit. haec quae uidetis.
uenient dies in quibus non relinquetur lapis super
lapidem. qui non destruat.

Interrogauerunt autem illum dicentes. praecceptor.
quando haec erunt. et quod signum cum fieri inci-
pient. quid dixit. uidete. ne seducamini. multi

enim uenient in nomine meo dicentes quia ego sum.
et tempus appropinquauit. nolite ergo ire post illos.
Cum autem audieritis prelia et seditiones. nolite terri.
Oportet primum hec fieri. sed non statim finis. Tunc
dicebat illis. surget gens contra gentem et regnum
aduersus regnum. et terra motus magni erunt per
loca. et pestilentie et fames. terroresq. de celo. et
signa magna erunt.

Luce 21.
M^o cxxliii.
M^o cxxxviii.
Luce 21.

Sed antehac omnia. intuent uobis manus suas et
persequentur. Tradentes in synagogas et custodias.
trahentes ad reges et presides. propter nomen meum.
Continget autem uobis in testimonium.

Luce 21.
M^o cxxxviii.
M^o cxxli.

Ponite ergo in cordibus. uestris non premeditari. quem
admodum respondeatis. Ego enim dabo uobis os et
sapientiam. cui non poterunt resistere. et contradicere.
omnes aduersarii uestri. Trademini autem a parentibus.
et fratrib. et cognatis et amicis. et morte afficient ex
uobis. Et eritis odio omnibus. propter nomen meum.
Et capillus de capite uestro non peribit. In patientia
uestra. possidebitis animas uestras.

Cum autem uideritis circumdari ab exercitu hieru-
salem: tunc scitote quia appropinquauit desolatio eius:

Tunc qui in iudea sunt fugiant in montes: et qui in
medio eius discedant: et qui in regionibus non intrent
in eam: quia dies ultionis hi sunt: ut impleantur
omnia quae scripta sunt;

Vae autem pregnantibus et nutrentibus
in illis diebus:

Erit enim praessura magna super terram:
et ira populo huic:

Et cadent in ore gladii: et captiui ducentur in omnes
gentes: et hierusalem calcabitur a gentibus: donec
impleantur tempora nationum:

Et erunt signa in sole et luna et stellis: et in terris
praessura gentium: praetonsusione sonitus maris et
fluctuum: arescentibus hominibus: praetimore et expec-
tatione: quae superuenient uniuerso orbi: Nam
uirtutes caelorum mouebuntur:

Et tunc uidebunt filium hominis uenientem in nube:
cum potestate magna et maiestate: His autem fieri

281
incipientibus. respicite et leuate capita u^{ra}. quō appro
pinquat redemptio u^{ra}. Et dixit illis similitudinem.
Videte ficulneam et omnes arbores. cum produciunt
iam ex se fructum. ^{scilicet} quo prope est aestas. Ita et uos cum
uideritis hec fieri. scitote quō prope est regnum dⁱ.
Amen dico uobis. quia non preteribit generatio haec.
donec omnia fient. Caelum et terra transibunt. uerba
autem mea. non transibunt.

Luce lvi.
Sol.

Attendite autem uobis ne forte grauentur corda
u^{ra} in crapula et ebrietate et curis huius uite. et super
ueniat in uos repentina dies illa. Tamquam laqueus
enim superueniet in omnes. qui sedent faciem omnis
terre. Vigilate itaq. omni tempore. orantes ut digni
habeamini fugere ista omnia que futura sunt. et stare
ante filium hominis. Erat autem docens diebus in tem
plo. noctibus uero exiens morabatur in monte. qui uo
catur oliueti. Et omnis populus manebat ad eum
in templo. audire eum.

Luce lvi.
M^o c^o lxi.
M^o c^o lxi.
10. 20.

Appropinquabat autem dies festus azimorum.
qui dicitur pascha.

ET QUAE REBANT PRINCIPES SACERDOTUM ET
scribe. quomodo cum interficerent. Timebant uero
plebem.

Intrauit autem satanas in iudam qui cognominabatur
scarioth. unum de duodecim.

Et abiit. et locutus est cum principibus sacerdotum et
magistratibus. quem admodum illum traderet eis. Et
gausi sunt. et pacti sunt pecuniam illi dare. Et spon-
dit. Et quaerebat oportunitatem. ut traderet illum
sine turbis. Uenit autem dies azimorum. in qua neces-
se erat occidi pascha. Et misit petrum et iohannem.
dicens. Cunctes parate nobis pascha. ut manducemus.
At illi dixerunt. Ubi uis paremus. Et dixit ad eos. Ecce
introcuntibus uobis in ciuitatem. occurret uobis homo
amphoram aquae portans. sequimini eum cum in domum
in quam intreat. et dicetis patri familias domus. Dicte tibi
magister. Ubi est diuersorium ubi pascha cum discipulis
meis manducem. Et ipse uobis ostendet cenaculum
magnum stratum. et tibi parate. Cunctes autem. inuene-
runt sicut dixit illis et parauerunt pascha. Et cum

facta esset hora discubuit. et duodecim ap^ly cum eo.

Luce lxxv.
Sol.

Et ait illis. Desiderio desideravi hoc pascha manducare
uobiscum. antequam patiar.

Luce lxxv.
M^o lxxxv.
M^o lxxvi.

Dico enim uobis. quia ex hoc non manducabo illud.
donec impleatur in regno dⁱ. Et accepto calice. gra-
tias egit. et dixit. Accipite et diuidite inter uos.
Dico enim uobis. quod non bibam de generatione
uitis. donec regnum dⁱ ueniat.

Luce lxxvi.
M^o lxxxviii.
M^o lxxvii.
Luce lxxvii.
Luce lxxviii.

Et accepto pane. gratias egit et fregit. et dedit eis
dicens. Hoc est corpus meum quod pro uobis datur.
hoc facite in meam commemorationem.

Luce lxxviii.
M^o lxxxix.
M^o lxxxviii.

Similiter et calicem. postquam cenauit dicens.
hic est calix nouum testamentum in sanguine meo.
qui pro uobis fundetur.

Luce lxxxviii.
M^o lxxxix.
M^o lxxxviii.

Verumtamen. ecce manus tradentis me. mecum est
in mensa. Et quidem filius hominis. secundum quod
definitum est uadit. Verumtamen. uacilli homi-
ni per quem tradetur.

Luce lxxxviii.
M^o lxxxix.
M^o lxxxviii.
Luce lxxxviii.

Et ipsi coeperunt quaerere inter se. quis esset
ex eis qui hoc factururus esset.

Facta est autem et contentio inter eos. quis eorum uideretur esse maior. Dixit autem eis Reges gentium dominantur eorum. et qui potestatem habent super eos beneficiuocantur. Uos autem non sic. sed qui maior est in uobis. fiat sicut iunior. Et qui praecessor est. sicut ministrator.

Nam quis maior est qui recumbit. an qui ministrat. Nonne qui recumbit. Ego autem in medio uestrum sum. sicut qui ministrat. Uos autem estis. qui permansistis mecum in temptationibus meis. Et ego dispono uobis. sicut disposuit mihi pater meus regnum. ut sedatis et bibatis super mensam meam in regno meo.

Et sedetis super thronos. iudicantes duodecim tribus israel.

Ait autem dominus. symon. simon. ecce satanas expetit uos. ut cribraret sicut triticum. Ego autem rogaui pro te. ut non deficiat fides tua.

Et tu aliquando conuersus. confirma fratres tuos.

Qui dixit ei. Domine tecum paratus sum. et in carcere.

et in moſtem ire. Et ille dixit. Dic tibi petre. non can-
tabi hodie gallus. donec ter abneget noſſe me.

Luce lxxxi.
Sol.

Et dixit eis. quando miſi uos ſine ſacculo. et pera et
calciamentis. numquid aliquid deſuit uobis? At illi
dixerunt. nihil. Dixit ergo eis. Sed nunc qui habet
ſacculum tollat. ſimiliter et peram. Et qui non habet.
uendat tunicam ſuam et emat gladium.


Luce lxxxi.
S. lxxxi.
M. lxxxi.

Dico enim uobis. quō adhuc hoc quod ſcriptum eſt.
opoteſt impleri in me. et quod cum iniquis deputa-
tus eſt. Et enim ex qua eſunt de me. finem habent.

Luce lxxxi.
Sol.

At illi dixerunt. Dñe. ecce gladii duo hic.
At ille dixit eis. ſit eſt.

Luce lxxxi.
M. lxxxi.
M. lxxxi.
Luce lxxxi.

Et egreſſus. ibat ſecundum conſuetudinem in
montem oliuarum; ſecuti  ſunt autem illum.
et diſcipuli.

Luce lxxxi.
M. lxxxi.
M. lxxxi.

Et cum perueniſſet ad locum. dixit illis. Orate.
ne intretis in temptationem.

Luce lxxxi.
M. lxxxi.
M. lxxxi.
Luce lxxxi.

Et ipſe auulſus eſt ab eis. quantum iactus eſt lapidis.
Et poſitis genibus. orabat dicens.

Luce lxxxi.
M. lxxxi.
M. lxxxi.
Luce lxxxi.

Pater. ſiuus. transfer calicem iſtum a me. Uerum tamen.

non mea uoluntas. sed tua fiat.

Apparuit autem illi angelus de celo confortans eum. et factus in agoniam prolixius orabat. Et factus est sudor eius sicut gutte sanguinis decurrentis in terram.

Et cum surrexisset ab oratione et uenisset ad discipulos suos inuenit illos dormientes praeterstita. Et ait illis quid dormitis? surgite. orate. ne intreatis in temptationem.

Ad huc eo loquente. ecce turba et qui uocabatur iudas unus de duodecim ante cedebat eos. et appropinquauit ihu. ut oscularetur eum.

Ihs autem dixit ei iuda. osculo filium hominis tradis?

Videntes autem hi qui circumpsum erant quod futurum erat. dixerunt ei. dñe. si percutimus in gladio. Et percussit unus ex illis seruum principis sacerdotum. et amputauit auriculam eius dextram. Respondens autem ihs. ait. sinite usque huc.

Et cum tetigisset auriculam eius. sanauit eum.

Dixit autem ihs ad eos qui uenerant ad se principes.

80
sacerdotum et magistratum templi. et seniores quasi
ad latronem existis cum gladius et fustibus. Cum co-
tidie uobiscum fuerim in templo. non extendistis
manus in me. sed hec est hora uera. et potestas
tenebrarum.

Lxxc
Mlxxxv
Lxxxvii

Comprehendentes autem eum. duxerunt ad do-
mum principis sacerdotum.

Lxxcxi
Mlxxxviii
Lxxxviii

Petrus uero. sequebatur a longe. accenso autem
igni in medio atrio. et circum sedentibus illis.
erat petrus in medio eorum. quem cum uidisset an-
cilla quaedam sedentem ad lumen et cum fuisset
intuita. dixit. Et hic cum illo erat.

Lxxcxiii
Mlxxxviiii
Lxxxviiii

At ille. negauit eum dicens. Mulier. non noui
illum. Et post pusillum. alius uidentem eum dixit
Et tu de illis es. petrus uero. ait. O homo. non sum.
Et interuallo facto quasi horę unius. alius quidam
affirmabat dicens. Uere. et hic cum illo erat. Nam
et galileus est. Et ait petrus. Homo. nescio quid
dicas. Et continuo. adhuc illo loquente.
cantaui gallus.

Et conuersus dñs. respexit petrum. Et recordatus est
 petrus uerbi dñi sicut dixerat. quia prius quā gallus
 cantet. ter me negabis. Et egressus foras petrus. fleuit
 fleuit amare.

Et uiri qui tenebant illum. illud ebant ei cedentes.
 et uelauerunt eum. et percutebant faciem eius. et
 interrogabant eum dicentes. propheta. quis est
 qui te percussit. Et alii multa blasphemantes.
 dicebant in eum.

Et ut factus est dies. conuenerunt seniores plebis. et
 principes sacerdotum. et scribe. et duxerunt illum in
 concilium suum dicentes. Si tu es xps. dic nobis.

Et ait illis. si uobis dixerō. non credetis mihi. si autē
 interrogauerō. non respondebitis mihi. neq.
 dimittetis.

Ex hoc autem. erit filius hominis sedens
 ad dextris uisus dei.

Dixerunt autem omnes. Tu ergo es filius dei. qui ait.
 uos dicetis. quia ego sum.

At illi dixerunt. quid adhuc desideramus testimonium.

Ipsi enim. audiuimus de ore eius.

Lvccc.
Mcccxxviii
Mcccxxviii
Lcclxxxvii

Et surgens omnis multitudo eorum.
duxerunt illum ad pilatum.

Lvccc.
Sol.

Coeperunt autem accusare illum. dicentes.
hunc inuenimus subuertentem gentem nostram.
et prohibentem tributum dari cesari. et dicentem
se xpm regem esse.

Lvccc.
Mcccxxviii
Mccc.
Lcclxxxviii

Pilatus autem. interrogauit eum dicens. Tu es
rex iudeorum. At ille respondens. ait. Iudicis.

Lvccc.
Lcclxxxviii
Lcclxxxviii
Lcclxxxviii

Ait autem pilatus. ad principes sacerdotum. et
urbas. Nihil inuenio cause in hoc homine.

Lvccc.
Sol.

At illi. inualescebant dicentes. Commouit popu-
lum docens per uniuersam iudeam. incipiens a ga-
lilea. usq. huc. pilatus autem audiens galileam.
interrogauit si homo galileus esset. Et ut cognouit
quod de herodis potestate esset. remisit eum ad he-
rodem. qui et ipsi hierosolymis erat illis diebus.
herodes autem uiso ihu. gauisus est ualde. Erat
enim cupiens ex multo tempore uidere eum. eo
quod audiret multa de illo. et sperabat signum

aliquod uidere ab eo fieri. Interrogabat autem illum
multis sermonibus; et ipse. nihil illi respondebat.

Lvcccv.
Mcccviii.
Mcccxi.

Stabant etiam principes sacerdotum et scribae.
constanter accusantes eum.

Lvcccvi.
Sol.

Spereuit autem illum herodes cum exercitu suo. et
illu sit indutum ueste alba et remisit ad pilatum;
et facti sunt amici herodes et pilatus. in ipsa die;
nam antea inimici erant ad inuicem.

Lvcccvii.
Lcccxi.
Lcccxi.

Pilatus autem conuocatis principibus sacerdotum
et magistratibus. et plebe. dixit ad illos; Obtulistis
mihi hunc hominem. quasi a uestro populum.
Et ecce ego coram uobis interrogans. nullam causam
inueni in homine isto. ex his in quibus eum accusatis.

Lvcccviii.
Sol.

Sed neque herodes; nam remisi uos ad illum. et ecce
nihil dignum morte actum est ei.

Lvcccix.
Lcccxi.
Lcccxi.

Emendatum ergo illum dimittam. Necesse autem
habebat. dimittere eis per diem festum unum.

Lvcccxi.
Lcccxi.
Lcccxi.
Lcccxi.

Exclamauit autem simul uniuersa turba. dicens.
Tolle hunc. et dimitte nobis barabban. qui erat
propter seditionem quandam factam in ciuitate

et homicidium: missus in carcerem.

L. ccc. xi.
M. ccc. xxxvii.
M. ccc.
L. c. lxxxviii.

Iterum autem pilatus locutus est ad illos: uolens
dimittere ihm; at illi: sic clamabant dicentes:
Crucifige: crucifige illum.

L. ccc. xxi.
L. c. lxxxvii.
L. c. lxxxviii.
L. c. c.

Ille autem: testis dixit ad illos: quid enim mali
fecit iste: nullam causam mortis inuenio in eo.
Corripiam ergo illum: et dimittam.

L. ccc. xxvii.
M. ccc. xxxvii.
M. ccc.
L. c. lxxxviii.
L. c. lxxxviii.

At illi instabant uocibus magnis: postulantes ut
crucifigeretur. Et inualescebant uoces eorum.

L. ccc. xxxvii.
M. ccc. xxxvii.
M. ccc.
L. c. lxxxviii.

Et pilatus: adiudicauit fieri petitionem eorum;
Dimisit autem illi scum qui propter homicidium
et seditionem missus fuerat in carcerem: quem pe-
tebant. ihm uero: tradidit uoluntati eorum.

L. ccc. xlii.
M. ccc. xxxvii.
M. ccc.
L. c. lxxxviii.

Et cum ducerent eum: apprehenderunt symonem
quendam cyrenensem: uenientem de uilla: et impo-
suerunt illi crucem: portare post ihm.

L. ccc. xlii.
Sol.

Sequebatur autem illum multa turba populi et
mulierum: quae plangebant et lamentabantur eum;
Conuersus autem ad illos ih̄s: dixit: filie iherusa-
lem: nolite flere super me: sed super uos ipsas flete.

et super filios uirōs. Quō ecce uenient dies. in quib.
dicent. Beate steriles et uentres qui non genuerunt.
et ubera que non lactauerunt. Tunc incipient dicere
montibus. cadite super nos. et collibus. operite nos.
quia sim uiri di ligno haec faciunt. in arido quid fiet.

Ducebantur autem et alii duo nequam cum eo.

ut interficerentur ;

Et postquam uenerunt in locum qui uocatur calua
riae. ibi crucifixerunt eum.

Et latrones. unum ad dextris. et alterū a sinistris.

Ihs autem. dicebat ; pater. dimitte illis.

non enim sciunt quid faciunt.

Diuidentes uero uestimenta eius. miserunt sorte.

Et stabat populus expectans.

Et deridebant illum principes cum eis. dicentes.

alios saluos fecit. se saluum faciat.

sibi est xps di electus.

Illudabant autem ei et milites. accedentes. et acetum

offerentes illi dicentes. si tu es rex iudaeorum.

saluum te fac.

Lvcccxxviii
Mcccxxxviii
Mcccxxxviii
Lcccxxviii

Erant autem et superscriptio scripta super illum. litte
ris grecis et latinis et hebraicis. hic est rex iudeorum.

Lvcccxxx
Mcccxxxviii
Mcccxxxviii

Unus autem de his qui pendebant latronibus
blasphemabat eum dicens. si tu es christus. saluum fac
te metipsum et nos.

Lvcccxxxvi
Sol.

Respondens autem alter. increpabat illum dicens.
neque tu times dominum quod in eadem damnatione est.
Et nos quidem iuste. nam digna factis recipimus.
hic uero. nihil mali gessit. Et dicebat ad illum. Domine.
memento mei. cum ueneris in regnum tuum. Et dixit
illi ihesus. Amen dico tibi. hodie mecum eris in paradiso.

Lvcccxxxviii
Mcccxxxviii
Mcccxxxviii

Et tenebre facte sunt in uniuersa terra. usque in horam
nonam. Et obscuratus est sol.

Lvcccxxxviii
Mcccxxxviii
Mcccxxxviii

Et uelum templi scissum est medium.

Lvcccxxxviii
Mcccxxxviii
Mcccxxxviii
Lccciii

Et clamans uoce magna ihesus. ait. pater. in manus
tuas commendo spiritum meum. Et hec dicens. expirauit.

Lvcccxxxviii
Mcccxxxviii
Mcccxxxviii

Videns autem centurio quod factum erat. gloriifi
cauit dominum dicens. uere. hic homo. iustus erat.

Lvcccxxxviii
Sol.

Et omnis turba eorum qui simul aderant ad specta
culum istud. et uidebant quae fiebant. percutientes

Et erat autem fere. hora sexta.

pectora sua reuestebantur. Stabant autem omnes
noti eius a longe. et mulieres quae secute erant eum
a galilea huc uidentes.

Et ecce uir nomine ioseph. qui erat decurio. uir bo-
nus et iustus. hic non consenserat consilio et actibus
eorum. ab arimathia. ciuitate iudaeae. qui expectabat
et ipse regnum dei. hic accessit ad pilatum. et petiit
corpus ihu.

Et depositum in uoluit syndone. et posuit eum in
monumento exciso; In quo nondum quisquam
positus fuerat;

Et dies erat parasceues. et sabbatum illud cesebat.
Subsecute autem mulieres quae cum ipso uenerant de
galilea. uiderunt monumentum. et quem admodum
positum erat corpus eius.

Et reuestentes parauerunt aromata et unguenta.
et sabbato quidem siluerunt secundum mandatum.

Vna autem sabbati ualde diluculo. uenerunt ad
monumentum. postantes quae parauerant aromata.
et inuenerunt lapidem reuolutum a monumento.

Et ingressi: non inuenerunt corpus dñi ihū. Et factū
est dum mente consternate essent de isto: ecce duo uiri
steterunt iuxta illos in ueste fulgenti.

Lx ccc xxxvii
M ccc lxxxvii
M ccc xxxvii

¶ Cum timerent autem et declinarent uultum in terrā:
dixerunt ad illas: Quid queritis uiuentem cum mortu
is? Non est hic: sed surrexit. Recordamini qualiter
locutus sit uobis: cum adhuc in galilea esset dicens:
quia oportet filium hominis tradi in manus hominū
peccatorum: et cruci figi: et die tertia resurgere.
Et recordate sunt uerborum eius.

Lx ccc xxxviii
M ccc lxxxviii
M ccc xxxviii

¶ ET REGRESSAE AD MONUMENTO: HURTIAUE
runt hæc omnia illis undecim et ceteris omnibus.

Lx ccc xxxviiii
Sol.

¶ ERAT AUTEM MARIA MAGDALENE. ET IOHANNA. ET MARIA IA
cobi. et ceteræ quæcum eis erant. quæ dicebant ad aptos
hec: Et uisa sunt ante illos sicut deliramentum uerba
ista. et non credebant illis. Petrus autem surgens eueur
rit ad monumentum. et procumbens uidit lintheami
na sola posita. et abiit secum mirans quod factum fuerat.
Et ecce duo ex illis. ibant ipsa die in castellū. quod erat
in spatio stadiorū sexaginta ab hierusalem. nomine

emmaus. Et ipsi loquebantur ad inuicem. de his om-
 nibus quae acciderant. Et factum est dum fabularen-
 tur et secum quererent. et ipse ih̄s appropinquans.
 ibat cum illis. Oculi autem illorum tenebantur. ne
 eum agnoscerent. Et ait ad illos. qui sunt hi sermo-
 nes quos confestis ad inuicem ambulantes et estis
 tristes. Et respondens unus cui nomen cleopas dixit
 ei. Tu solus peregrinus es in hierusalem. et non cogno-
 uisti quae facta sunt in illa his diebus. quibus ille dixit.
 quae. Et dixerunt. De ih̄u nazareno. qui fuit uir
 propheta potens in opere et sermone. coram dō. et
 omni populo. Et quomodo tradiderunt eum summi
 sacerdotes. et principes nr̄i in damnationem mortis.
 et crucifixerunt eum. Nos autem sperabamus. quia
 ipse esset redempturus israhel. Et nunc super haec om̄ia.
 tertia dies est hodie. quod haec facta sunt. Sed et
 mulieres quaedam ex nr̄is terruerunt nos. quae ante
 lucem fuerunt ad monumentum. Et non inuento
 corpore eius. uenerunt dicentes se etiam uisionem
 angelorum uidisse. qui dicunt eum uiuere. Et abier̄

quidam ex nris ad monumentum. et tamen uenerunt.
sicut mulieres dixerunt. ipsum uero. non uiderunt.
Et ipse dixit ad eos. O stulti et tardi corde ad credendum.
in omnibus quae locuti sunt prophetae. Nonne haec
oportuit pati xpm. et tamen intrare in gloriam suam.
Et incipiens a moysse et omnibus prophetis. interpreta-
batur illis in omnibus scripturis quae de ipso erant.
Et appropinquabant castello quod ibant. et ipse finxit se
longius ire. Et coegerunt illum dicentes. mane no-
bis cum quod ad uesperas sit. et inclinata est iam dies.
Et intrauit cum illis. Et factum est dum recumberet
cum illis. accepit panem. et benedixit ac fregit. et
porrigebat illis. Et aperti sunt oculi eorum. et cognoue-
runt eum. et ipse euauit ex oculis eorum. Et dixerunt
ad inuicem. Nonne cornu ardens erat in nobis dum lo-
queretur in uia. et aperiret nobis scripturas. Et sur-
gentes eadem hora. regressi sunt hierusalem. et inue-
nerunt congregatos undecim et eos qui cum ipsis erant
dicentes. quod surrexit dñs uere. et apparuit symoni.
Et ipsi narrabant quae gesta erant in uia. et quomodo

cognouerunt eum. in fractione panis.

Luce xlii
Luce xlii
Dum hec autem loqu^{erentur} ihs stetit in medio corū.
et dicit eis. Pax uobis. Ego sum. nolite timere. Contur-
bati uero et conferti. existimabant se spm̄ uidere. Et
dixit eis. quid turbati estis et cogitationes ascendunt in
corda u^{ra}. Uidete manus meas et pedes. quia ipse ego
sum. palpate et uideate. quia spiritus carnē et ossa nō
habet. sicut me uidetis habere. Et cum hoc dixisset.
ostendit eis manus et pedes.

Luce xliii
Luce xliii
Adhuc autem illis non credentibus. et mirantibus. p̄ gau-
dio. dixit. habetis hic aliqd̄ qd̄ manducetur. At illi.
obtulerū ei partē piscis assi. et fauum mellis. Et cū man-
ducaisset corā eis. sumens reliquias dedit eis.

Luce xliiii
Sol.
Et dixit ad illos. haec sunt uerba que locutus sū ad uos.
cum adhuc essem uobiscū. quō necesse est impleri om̄a
que scripta sunt in lege moysi et prophetis et psalmis
de me. Tunc aperuit illis sensū ut intellexerent scripturas.
et dixit eis. quō sic scriptū est. et sic oportebat xp̄m pati.
et resurgere a mortuis die tertia. Et predicari in nomi-
ne eius penitentiam et remissionē peccatorū in om̄s gentes.

incipientib. ab hierosolyma. Vos autem estis testes ho-
rum. et ego mittam promissum patris mei in uos. Vos
autem sedete in ciuitate. quo ad usq. induamini
uisione ex alto. Eduxit autem eos foras in bethaniā.
et eleuatis manibus suis. benedixit eis. Et factum est
dum benediceret illis. recessit ab eis. et ferebatur in
celum. Et ipsi adorantes. regressi sunt in hierusa-
lem cum gaudio magno. Et erant semp in templo.
Laudantes. et benedicentes dñi. A M E N

INCIPIT PROLOGUS EVANGELII SECUNDO IOHANNIS

Hic est iohannes euangelista. unus ex discipulis dñi. qui uirgo electus ad dō est. quem denuptis uolentem nubere uocauit dñs. Cui uirginitatis in hoc duplex testimonium in euangelio datur. quod et pre ceteris dilectus ad dō dicitur. et huic matrem suam de cruce commendauit dñs. ut uirginem uirgo seruaret. Denique manifestans in euangelio. quod erat ipse incorruptibilis uerbi opus inchoans. solus uerbum carnem factum esse. sic lumine tenebris comprehensum fuisse testatur. Primum signum ponens quod in nuptiis fecit dñs. ut ostendens quod erat ipse. legentibus demonstraret. Quod ubi dñs inuitatus deficere nuptiarum uinum uidebat. ut et ueteribus inuitatus noua omnia que xpo instituantur appareant. hoc autem euangelium scripsit in asia. postea quā in pathmos insula apocalypsin scripserat. Ut cui in principio canonis incorruptibile principium in genesi. etiam incorruptibilis finis per uirginem in apocalypsin redderetur. dicente

xpo. ego sum. A & W. Et hic est iohannes qui sciens
sup uenisse diem recessus sui. conuocatis discipulis
suis in epheso. p multa signorū experimēta promens
xpm. descendens in defossū sepulturæ suæ locū.
facta oratione positus ē ad patres suos. Tam extra
neus ad dolorem mortis. quā a corruptione carnis in
uepitur alienus. Tamen post omnes euangeliū
scripsit. & hoc uirgini debebatur. quorū tamen
uel scriptorū tempore dispositio. uel librorū ordina
tio. Ideo p singula nobis p̄ exponitur. ut scientia
desiderio collocatio. et querentibus fructus laboris.
et dō magisteri doctrina seruetur. A M E N.
**INCIPIT BREVIARIUS EUANGELII
SECUNDVM IOHANNEM**

- I** Phariseorū leuitē interrogant iohannem. iohannes
ihm uidens agnū dī dicit. et andreas petro dicit in
uenimus messiam.
- II** Ihs ad cenam de aqua uinū fecit. de templo nummu
larios eicit. solute templū hoc dicens. Nichodemo
loquitur de baptismo et de aliis multis.


- III** Ihs in iudea baptizat et iohannes in enon. quique dicit xpm crescere se autem minorari.
- IIII** Ihs cum muliere samaritana loquitur. propheta in patria sua sine honore esse dicit. et reguli filium a morte resuscitat.
- V** Apud natatoria bethsaida triginta octo annorum infirmitate hominis sanat. ac dicit scrutamini scripturas et si crederetis moysi si crederetis forsitan et mihi.
- VI** De quinque panibus et duobus piscibus et quod cum regem facere uoluerunt. Ihs supra mare ambulat. et de manna et pane celesti loquitur. ac recedentibus ab eo discipulis unum ex duodecim diabolus dicit.
- VII** Scenophegia ihs medio die festo ascendens in templum docet. multis etiam de turbis credentibus idem clamat. si quis sitis ueniat et bibat. cum ministris et nichodemus principes contendunt. de muliere adultera. Ihs lumini mundi esse se predicat.
- VIII** Ihs interrogatus principum se esse respondit. quod omnis peccator seruus sit. et quod ihs ante habraham sit. cecum ex natiuitate curat.

- VIII** De ianua et ouili. per dedicationem deambulans
in templo. se et patrem unum esse deum. de latari resurrectione.
- X** Maria pedes ihu unguere et capillis suis terere.
Ihs super asinum sedere. et uolentibus grecis uidere
ihm. loquitur de grano frumenti quod intra mittitur.
et uox de celo ad ihm. et quod multi crediderunt
ex principibus in ihm. sed propter phariseos non con-
- XI** Sedes discipulorum lauat. deinde tradit (fiterentur
one et petri negatione) predicat. et de dilectione
fratrum. et quod ipse in patre. et pater in ipso est. et
de obseruandis mandatis paracliti spiritus.
- XII** De uinea et palmitibus. et de dilectione et de pro-
missione paracliti. et omnia patris ac sua esse
et cetera mandata.
- XIII** Ihs patri discipulos commendat. ihs a iuda traditur.
allocutio pilati ad iudeos. de ihu et de barabba.
- XIIII** Passio ihu et sepultura et resurrectio eius.

EXPLICIT BREVIARIUS EVANGELII

SECUNDUM IOHANNEM;

deambulati
atari reformati
si suis totis
grecis uider
intra mior
lta credis
r pharisoi
radim (mior
e de ditione
r in ipso
yri sp
ectone et d
ar (sua
f audet d
er deturbi
no ou
1173
M;



INCIPIT
EVANGELIUM
SECUNDUM
MATTHEUM

ET UERBUM ERAT APUD DŌ. ET
 dī erat uerbum. Hoc erat in principio apud dīm.
 Omnia per ipsum facta sunt. et sine ipso factum est
 nihil. Quod factum est. in ipso uita erat. Et uita erat
 lux hominum. et lux in tenebris lucebat. et tenebre eā
 non comprehenderunt. fuit homo missus ad dō.
 cui nomen erat iohannes. hic uenit in testimonium.
 ut testimonium perhiberet de lumine. ut omnes cre-
 derent per illum. Non erat ille lux. sed ut testi-
 monium perhiberet de lumine. Erat lux uera. quae illumi-
 nat omnem hominem uenientem in mundum. In
 mundo erat. et mundus per ipsum factus est. et mun-
 dus eum non cognouit. In propria uenit. et sui eum
 non receperunt. Quotquot autem receperunt eum.
 dedit eis potestatem filios dī fieri. his qui credunt in
 nomine eius. Qui non ex sanguinibus. neq. ex uolun-
 tate carnis. neq. ex uoluntate uiri. sed ex dō nati sunt.
 Et uerbum caro factum est. et habitauit in nobis.
 et uidimus gloriam eius. gloriam quasi unigeniti
 a patre. plenum gratiae. et ueritatis.

Lo vi
M
Lxx.

Iohannes testimonium perhibet de ipso. et clamat
dicens. hic erat quem dixi. qui post me uentur
est. ante me factus est. quia prior me erat.

Lo viii
Scl

Et de plenitudine eius nos omnes accepimus. et
gratiam pro gratia. quia lex per moysen data est.
gratia et ueritas per ihm xpm facta est.

Lo viii
M
Lxxviii.

Dm. nemo uidit umquam. Unigenitus filius
qui est in sinu patris. ipse enarrauit.

Lo viii
Scl

Et hoc est testimonium iohannis. quando miser
iudei ab hierosolymis. sacerdotes. et ciuitas ad eum.
ut interrogarent eum. Tu quis es. Et confessus est.
et non negauit. Et confessus est. quia non sum
ego xps. Et interrogauerunt eum. quid ergo. helias
estus. Et dixit. non sum. propheta estus. Et respon
dit. non. dixerunt ergo ei. quis es ut responsum
demus his. qui miserunt nos. quid dicis de te.
ipso. ait.

Lo x
M
Lxxvii

Ego uox clamantis in deserto. dirigite uiam dñi.
sicut dixit esaias propheta.

Lo xi
Scl

Et qui missi fuerant. erant ex pharisaeis. Et interro

gauerunt eum. et dixerunt ei. quid ergo baptizas.
 si tu non es xps. neq. helias. neq. propheta.

Respondit eis iohannes dicens. Ego baptizo in aqua.
 medius autem ur̄m stetit. quem uos non scitis. Ipse est
 qui post me uenturus est. qui ante me factus est.
 cuius ego non sum dignus. ut soluiam eius corrigiā
 calciamenti.

Hæc in bethania facta sunt trans iordanem.
 ubi erat iohannes baptizans.

Alter die uidit iohannes ihm̄ uenientem ad se.
 et ait. Ecce agnus dī. qui tollit peccatum mundi.

Hic est de quo dixi. post me uenit uir qui ante me
 factus est. qui prior me erat. et ego nesciebam eum.

Sed ut manifestetur israel. propterea ueni ego
 in aqua baptizans.

Et testimonium perhibuit iohannes dicens. quia
 uidi sp̄m̄ descendentem quasi columbam de celo. et
 mansit super eum. et ego nesciebam eum. Sed qui mi
 sit me baptizare in aqua. ille mihi dixit. super quem
 uideris sp̄m̄ descendentem et manentē super eum.

hic est qui baptizat in spū scō. Et ego uidi et testimoni-
um perhibui. quia hic est filius dī.

Lo xvi.
Sol

Altera die iterum stabat iohannes. et ex discipulis
eius duo. Et respiciens ih̄m ambulante[m] dicit. ecce
agnus dī. Et audierunt eum duo discipuli loquente[m].
et secuti sunt ih̄m. Conuersus autem ih̄s. et uidens eos
sequentes se. dicit eis. Quid queritis? qui dixerunt ei.
Rabbi. quod dicitur interpretatum magister. Ubi
habitas? dicit eis. Uenite. et uidete. Uenerunt et ui-
derunt. ubi maneret. et apud eum manserunt die
illo. hora autem erat quasi decima. Erat autem andre-
as frater symonis petri. unus ex duobus qui audierant
ab iohanne. et secuti fuerant eum.

Lo xvii.
Al. lxxvi.
Al. lxxvii.
Lo xviii.

Inuenit hic primum fratrem suum symonem. et dicit eis.
Inuenimus messiam. quod est interpretatum xp̄s;
Et adduxit eum ad ih̄m. Intuitus autem eum ih̄s. dixit.
Tu es symon filius iona. tu uocaberis ceph̄as. quod
interpretatur petrus.

Lo xiiii.
Sol

In crastinum uoluit exire in galileam. et inuenit phi-
lippum. et dicit ei ih̄s. Sequere me. Erat autem

philippus abethsaida. ciuitate andree et petri. In
 uenit philippus nathanabel. et dicit ei. quem scri
 psit moyses in lege. et prophete. inuenimus ihm filiu
 ioseph anazareth. Et dixit ei nathanabel. anazareth.
 potest aliquid boni esse. dicit ei philippus. ueni.
 et uide. Uidit ihm nathanael uenientem ad se. et
 dicit deo. Ecce uere israelita. in quo dolus non est.
 Dicit ei nathanael. Unde me nosti. Respondit ihm.
 et dixit ei. prius quam te philippus uocaret cum es
 ses sub ficu. uidite. Respondit ei nathanael. et ait.
 Rabbi. Tu es filius dei. tu es rex israel. Respondit ihm.
 et dixit ei. quia dixit tibi uidite sub ficu credis. maius
 his uidebis. Et dicit ei. Amen amen dico uobis. uide
 bitis celum apertum. et angelos dei ascendentes. et de
 scendentes supra filium hominis.
 Et die tertia nuptie facte sunt in cana galilee. et erat
 mater ihu ibi. Uocatus autem et ihm. et discipuli eius
 ad nuptias. Et deficiente uino. dicit mater ihu ad eum.
 Unum non habent. Et dicit ei ihm. Quid mihi et tibi
 est mulier. Nondum uenit hora mea. Dicit mater

eius ministris quodcumque dixerit uobis facite.
Erant autem ibi lapidee hydrae sex posite secundum
purificationem iudeorum. capientes singule metretas
binas uel ternas. Dicit eis ih̄s. Implete hydras
aqua. Et impleuerunt eas usque ad summum. Et
dicit eis ih̄s. haurite nunc. et ferte architriclino.
Et tulerunt. Ut autem gustauit architriclinus aqua
uinum factum. et non sciebat unde esset. ministri autem
sciebant qui hauserant aquam. Uocat sponsum archi-
triclinus. et dicit ei. Omnis homo. primum bonum
uinum ponit. Et cum inebriati fuerint. tunc id quod
deterius est. Tu autem seruaisti bonum uinum. usque
adhuc; hoc fecit initium signorum ih̄s in cana galilee.
et manifestauit gloriam suam. Et crediderunt in eum
discipuli eius.

Loxxviii
Mclxxviii.

Post hoc descendit capharnaum. ipse et mater eius et
fratres eius et discipuli eius. et ibi manserunt non
multis diebus.

Loxxx.
Mclxxxiiii.
Mclv.
Lxxc.

Et prope erat pascha iudeorum. et ascendit
hierosolimam ih̄s.

Et inuenit in templo uendentes boues et oues. et co-
 lumbas. et nummularios sedentes. Et cum fecisset
 quasi flagellum de funiculis. omnes eiecit de templo.
 Oues quoque et boues et nummulariorum effudit aes.
 et mensas subuertit. Et his qui columbas uendebant.
 dixit. Auferite ista hinc. et nolite facere domum pa-
 tris meae. domum negotiationis.
 Recordati uero sunt discipuli eius. quia scriptum est.
 Zelus domus tuae comedit me.
 Responderunt ergo iudei. et dixerunt ei. quod
 signum ostendis nobis. quia haec facis.
 Respondit ih̄s. et dixit eis. Soluite templum hoc.
 et in tribus diebus excitabo illud. Dixerunt ergo
 iudei. quadraginta et sex annis aedificatum est
 templum hoc. et tu in tribus diebus excitabis illud.
 Ille autem dicebat de templo corporis sui. Cum
 ergo resurrexisset a mortuis. recordati sunt discipuli
 eius. quia hoc dicebat. et crediderunt scripturae.
 et sermonei quem dixit ih̄s. Cum autem esset hiero-
 solymis in pascha in die festo. multi crediderunt.

in nomine eius. uidentes signa^a que faciebat. Ipse
autem ih̄s non credebat semetipsum eius. eo quod
ipse nosset omnes. et quia opus ei non erat. ut quis
testimonium perhiberet de homine. Ipse enim scie
bat. quid esset in homine;

Erax autem homo ex phariseis nichodemus nomi
ne. princeps iudeorum. hic uenit ad eum nocte.
et dixit ei. Rabbi. scimus quia ad dō uenisti magister.
Nemo enim potest hec signa facere. quae tu facis.
nisi fuerit d̄s cum eo. Respondit ih̄s. et dixit ei.
Amen amen dico tibi. nisi quis natus fuerit denuo.
non potest uidere regnum d̄i. Dicit ad eum nicho
demus. Quomodo potest homo nasci cum sit senex.
Numquid potest in uentre matris suae rursus intro
ire et nasci. Respondit ih̄s. Amen amen dico tibi.
nisi quis renatus fuerit ex aqua et spū. non potest
introire in regnum d̄i. Quod natum est ex carne.
caro est. Et quod natum est ex spū. sp̄s est. Non
mirens quia dixi tibi. oportet uos nasci denuo.
Sp̄s ubi uult spirat. et uocem eius audis. sed non

scis unde ueniat. et quo uadat. sic est omnis qui
 natus est ex spū. Respondit nicodemus. et dixit ei
 quomodo possunt haec fieri. Respondit ihs. et
 dixit ei. Tu es magister in isrl. et haec ignoras. Amen
 amen dico tibi. quia quod scimus. loquimur. et
 quod uidimus. testamur. et testimonium nr̄m non
 accipitis. Si terrena dixi uobis et non creditis. quo
 modo si dixerō uobis caelestia credetis.

Et nemo ascendit in celum. nisi qui descendit de
 celo. filius hominis qui est in celo. Et sicut moyses
 exaltauit serpentem in deserto. ita exaltari oportet
 filium hominis. Ut omnis qui credit in ipso non
 pereat. sed habeat uitam aeternam.

Sic enim dilexit d̄s mundum. ut filium suum uni
 genitum daret. Ut omnis qui credit in eum non
 pereat. sed habeat uitam aeternā. Non enim misit
 d̄s filium suum in mundum ut iudicet mundum.
 sed ut saluetur mundus per ipsum. Qui credit in eū.
 non iudicatur. Qui autem non credit. iam iudicatus
 est. quia non credidit in nomine unigeniti filii d̄s.

hoc est autem iudicium. quia lux uenit in mundū.
et dilexerunt homines magis tenebras quam lucem.
Erant enim eorum mala opera. Omnis enim qui male
agit odit lucem. et non uenit ad lucem. ut non argu
antur opera eius. qui autem facit ueritatem. uenit
ad lucem. ut manifestentur eius opera. quia in dō
sunt facta. Post hoc uenit ih̄s et discipuli eius in iude
am terrā. et illuc demorabatur cum eis. et baptizabat.
Erat autem et iohannes baptizans in aenon iuxta
salim. quiaque multe erant illic. et ueniebant ad eū
et baptizabantur.

Lxxv
M¹¹¹
Lxxv

Lxxvi
M¹¹²
Lxxvi

Lxxvii
S¹¹³
Lxxvii

Nondum enim missus fuerat.
in carcerem iohannes.

Facta est ergo questio ex discipulis iohannis cum iu
daeis de purificatione. et uenerunt ad iohannem.
et dixerunt ei.

Rabbi. qui erat tecum trans iordanem cuius testimo
nium perhibuisti. ecce hic baptizat. et omnes ueni
unt ad eum. Respondit iohannes et dixit. Non po
test homo accipere quicquam. nisi fuerit ei dātū

de celo.

Ipsi uos mihi testimonium perhibetis quod dixerim.
ego non sum xps. sed quo missus sum ante illum.

Qui habet sponsam. sponsus est. Amicus autem
sponsi. qui stat et audit eum. gaudio gaudet. propter
uocem sponsi.

Hoc ergo gaudium meum impletum est.
Illum oportet crescere. me autem minus. Qui de sur-
sum uenit. super omnes est. qui est de terra. de terra
est. et de terra loquitur. Qui de celo uenit. supra omnes
est. Et quod uidit et audiuit hoc testatur. et testimo-
nium eius nemo accipit. Qui accipit eius testimonium.
signauit quia deus uerax est. quem enim misit deus uerba
dei loquitur. non enim ad mensuram dat deus spiritum.

Pater diligit filium. et omnia dedit in manu eius.

Qui credit in filium. habet uitam aeternam.
qui autem incredulus est filio. non uidebit uitam.
sed in aeternum manet super eum. Ut ergo cognouit ihesus quia
audierunt pharisaei. quia ihesus plures discipulos facit.
et baptizat quam iohannes. quamquam ihesus non

baptizaret. sed discipuli eius.

Jo xxxii.
M^o xxviii

Reliquit iudeam. et abiit iterum in galileam.

Jo xxxiii.
Sol.

Oppostebat autem eum transire per samariam. Uenit ergo in ciuitatem samarie. que dicitur sichar^{tem}. iuxta pradium quod dedit iacob ioseph filio suo. Erat autem ibi fons iacob. Ihs ergo fatigatus ex itinere. sedebat sic super fontem. hora erat quasi sexta. Uenit mulier de samaria. haurire aquam. Dicit ei ihs. da mihi bibere. Discipuli enim eius abierant in ciuitatem. ut cibos emerent. dicit ergo ei mulier illa samaritana. quomodo tu iudeus cum sis. bibere a me poscis. que sum mulier samaritana. Non enim coueniuntur iudei samaritanis. Respondit ihs. et dicit ei. si scires donum dei. et quis est qui dicit tibi da mihi bibere. tu forsitan petisses ab eo. et dedisset tibi aquam uiuam. Dicit ei mulier. Dne. neque in quo haurias habes. et puteus altus est. Unde ergo habes aquam uiuam. Numquid tu maior es patre nro iacob. qui dedit nobis puteum. et ipse ex eo bibit. et filii eius. et pecora eius. Respondit ihs. et dixit ei. Omnis qui bibit ex aqua hac.

stiet iterum. qui autem biberit ex aqua quam ego
 dabo ei. non stiet in eternum. sed aqua quam dabo
 ei. fiet in eo fons aque salientis in vitam aeternam;
 dicit ad eum mulier. Dñe. da mihi hanc aquam. ut
 non sitiam. neq. ueniam huc aurire. Dicit ei ih̄s.
 uade uoca uirum tuum. et ueni huc. Respondit
 mulier. et dixit. non habeo uirum. Dicit ei ih̄s.
 Benedixisti. quia non habeo uirum. Quinq. enim
 uiros habuisti. et nunc quem habes non est tuus
 uir. Hoc uere dixisti. Dicit ei mulier. Dñe.
 uideo quia propheta es tu. Patres n̄ri in monte
 hoc adorauerunt. et uos dicitis. quia hierosolimis
 est locus. ubi adorare oportet. Dicit ei ih̄s. Mu
 lier. credemihic. quia ueniet hora et nunc est. quan
 do neque in monte hoc neq. in hierosolimis adora
 bitis patrem. Uos adoratis quod nescitis. nos
 adoramus quod scimus. quia salus ex iudeis est.
 Sed uenit hora et nunc est. quando ueri adoratores ad
 orabunt patrem in sp̄u et ueritate. Nam et p̄ter tales
 querit. qui adorant eum. sp̄s est d̄s. et eos qui adorant

cum. in spū et ueritate oportet adorare. Dicitque mulier,
Scio quia messias uenit. qui dicitur xp̄s. Cum ergo
uenerit. ille nobis annuntiabit omnia. Dicitque ih̄s.
Ego sum. qui loquor tecum. Et continuo uenerunt
discipuli eius. et mirabantur quia cum muliere lo-
quebatur. Nemo tamen dixit. quid queris. aut quid
loqueris cum ea. Reliquit ergo hydriam suam mulier.
et abiit in ciuitatem. et dicit illis hominibus. Uenite
et uidete hominem. qui dixit mihi omnia quaecūq;
fecit. Numquid ipse est xp̄s. Exierunt de ciuitate
et ueniebant ad eum.
Interrogabant eum discipuli. dicentes. Rabbi.
manduca. Ille autem. dixit eis. Ego cibum habeo man-
ducare. quem uos nescitis. Dicebant ergo discipuli ad
inuicem. Numquid aliquis attulit ei manducare.
Dicit eis ih̄s. meus cibus est ut faciam uoluntatem eius
qui misit me. ut perficiam opus eius. Nonne uos dici-
tis quod adhuc quattuor menses sunt. et messis uenit.
Ecce dico uobis. Leuate oculos uros et uidete regiones.
quō albesunt iam ad messem. Et qui merent mercedē

accipit. et congregat fructum in uitam aeternam. ut
 et qui seminat simul gaudeat et qui metit. In hoc enim
 est uerbum uerum. quia aliud est qui seminat. et aliud
 est qui metit. Ego misi uos metere. quod uos non labo-
 rastis. alii laborauerunt. et uos in labores eorum intro-
 istis. Ex ciuitate autem illa. multi crediderunt in eu-
 samaritanorum. propter uerbum mulieris testimo-
 nium perhibentis. quia dixit mihi omnia quecumq-
 feci. Cum uenissent ergo ad illum samaritani. rogaue-
 runt eum ut ibi maneret. et mansit ibi duos dies. et
 multo plures crediderunt. propter sermonem eius. et
 mulieri dicebant. quia iam non propter tuam loque-
 lam credimus. ipsi enim audiimus et scimus. quia
 hic est uere saluator mundi.

Post duos autem dies exiit inde. et abiit in galileam.
 Ipse enim ih̄s testimonium perhibuit. quia propheta
 in sua patria honorem non habet.

Lum ergo uenisset in galileam. exceperunt eum gali-
 lei. cum omnia uidissent que fecerat hierosolymis in
 die festo. et ipsi enim uenerant in diem festum. Uenit

203
iterum in cana galilee. ubi fecit aquam uinum.

Lo. xxxviii.
A. lxx.
L. lxx.

Et erat quidam regulus. cuius filius infirmabatur
capharnaum. hic cum audisset quia ih̄s adueniret
iudea in galileam. abiit ad eum et rogabat eum
ut descenderet. et sanaret filium eius. Incipiebat enim
mori. Dixit ergo ih̄s ad eum. Nisi signa et prodigia
uideritis. non creditis. dicit ad eum regulus. Dñe.
descende. priusquam moriatur filius meus. dicit
ih̄s. Uade. filius tuus uiuit. Credidit homo sermo
ni quem dixit ei ih̄s. et ibat. Iam autem eo descenden
te. serui occurrerunt dicentes. quia filius eius uiuere.
Interrogabat ergo horam ab eis. in qua melius habuerit.
et dixerunt ei. quia heri hora septima. reliquit eum
febris. Cognouit ergo pater quia illa horaxerat. in
qua dixit ei ih̄s. filius tuus uiuit. Et credidit ipse.
et domus eius tota. hoc iterum secundum signum
fecit ih̄s. cum uenisset iudea in galileam.

Lo. xxxviii.
A. lxx.
L. lxx.

Post hec erat dies festus iudeorum. et ascendit ih̄s
hierosolymam. Est autem hierosolymis probatica
piscina. que cognominatur hebraice bethsaida.

quinq; posticus habens. In his iacebat multitudo
 magna languentium. cecorum. claudorum. arti-
 dorum. expectantium aque motum. Angelus autē
 dñi secundum tempus descendebat in piscinam.
 et mouebatur aqua. Et qui prior descendisset in pisci-
 nam post motionem aque. sanus fiebat. aqua cumq;
 detinebatur infirmitate. Erat autem quidam homo
 ibi. triginta et octo annos habens in infirmitate sua.
 Hunc cum uidisset ih̄s iacentem. et cognouisset quia
 multum iam tempus habet. dicitq; Uis sanus fieri.
 Responditq; languidus. Dñe. hominem non habeo.
 ut cum turbata fuerit aqua. mittat me in piscinam.
 dum uenio enim ego. alius autem me descendit. Dicit
 q; ih̄s. surge tolle grabatum tuum. et ambula. Et
 statim sanus factus est homo. et sustulit grabatum
 suum. et ambulabat. Erat autem sabbatum in illo
 die. dicebant ergo iudei illi qui sanus fuerat. Sabba-
 tum est. non licet tibi tollere grabatum tuum.
 Respondit eis. qui me fecit sanum. ille mihi dixit.
 tolle grabatum tuum et ambula. Interrogauerunt

ergo cum. quis est ille homo qui dixit tibi tolle gra-
battum tuum et ambula. Is autem qui sanus fuerat
effectus. nesciebat quis esset. Ihs autem. declinauit
a turba constituta in loco. postea inuenit eum ihs
in templo. et dixit illi. Ecce sanus factus es. iam noli
peccare. ne deterius tibi aliquid contingat. Abiit
ille homo et nuntiavit iudeis. quia ihs esset. qui fe-
cit eum sanum. propterea persequiebantur iudaei
ihm. quia haec faciebat in sabbato. Ihs autem. re-
spondit eis. pater meus usque modo operatur. et
ego operor. propterea ergo magis querebant eum
iudaei interficere. quia non solum soluebat sabbatum.
sed et patrem suum dicebat dm. aequalem se faciens
do. Respondit itaq. ihs. et dixit eis. Amen amen dico
uobis. non potest filius a se facere quicquam. nisi qd
uiderit patrem facientem. quaecumq. enim ille fecerit.
haec et filius similiter facit. pater enim diligit filium.
et omnia demonstrat ei. quae ipse facit. et maiora his
demonstrabit ei opera. ut uos miremini. sicut enim
pater suscitauit mortuos et uiuificat. sic et filius quos

uult uiuificat. Neq. enim pater iudicat quemquā.
 sed iudicium omne dedit filio. ut omnes honorificent
 filium. sicut honorificant patrem.

Qui non honorificat filium. non honorificat patre.
 qui misit illum.

Amen amen dico uobis. quia qui uerbum meum
 audit et credit ei qui misit me. habet uitam aeternā.
 et in iudicium non uenit. sed transiet a morte ad uitā.
 Amen amen dico uobis. quia uenit hora et nunc est.
 quando mortui audient uocem filii dī. et qui audie-
 rint uiuent. Sicut enim pater habet uitam in semet
 ipso. sic dedit et filio habere uitam in semet ipso. Et
 potestatem dedit ei et iudicium facere.
 quia filius hominis est. Nolite mirari hoc. quia
 uenit hora in qua omnes qui in monumentis sunt.
 audient uocem eius. Et procedent qui bona fecerunt.
 in resurrectionem uitae. qui uero mala egerunt. in
 resurrectionem iudicij. Non possum ego a me ipso
 facere quicquam. sicut audio iudico. et iudicium
 meum iustum est.

Lxxxi.
Mlxxxv.
Mlxxxvi.
Lxxc.

Quia non quero uoluntatem meam: sed uoluntatem eius qui misit me.

Lxxxi.
Sol.

Si ergo testimonium perhibeo de me: testimonium meum non est uerum. Alius est qui testimonium perhibet de me: et scio quia uerum est testimonium quod perhibet de me. Uos misistis ad iohannem: et testimonium perhibuit ueritati. Ego autem non ab homine testimonium accipio: sed hec dico: ut uos salu sitis. Ille erat lucerna ardens et lucens: uos autem uoluitis exultare ad horam in luce eius. Ego autem habeo testimonium maius iohanne. Opera enim que dedit mihi pater: ut perficiam ea: ipsa opera que ego facio: testimonium perhibent de me quia pater me misit. Et qui misit me pater: ipse testimonium perhibuit de me.

Lxxxi.
Mlxxxii.
Lxxc.

Neque uocem eius unquam audistis: neque speciem eius uidistis.

Lxxxi.
Sol.

Et uerbum eius non habetis in uobis manens: quia quem misit ille: huic uos non creditis. Scrutamini scripturas: quia uos putatis in ipsis uitam eternam

habere. Et ille sunt que testimonium perhibent de
 me. et non uultis uenire ad me. ut uitam habetis?
 Claritatem ab hominibus non accipio. sed cognoui
 uos quia dilectionem dei non habetis in uobis. Ego ue
 ni in nomine patris mei. et non accipitis me. si alius
 uenerit in nomine suo. illum accipietis. quomodo
 potestis uos credere. qui gloriam ab inuicem accipitis.
 et gloriam que a solo est deo. non queritis. Nolite puta
 re. quia ego accusaturus sum uos apud patrem. est
 qui accusat uos moyses. in quo uos speratis. si enim
 crederetis moysi. crederetis forsitan et mihi.

De me enim ille scripsit. si autem illius litteris non
 creditis. quomodo uerbis meis credetis?

Post hec abiit ih̄s trans mare galilee. quod est tyberia
 dis. Et sequebatur eum multitudo magna. quia
 uidebant signa que faciebat. super his qui infirmabantur.

Subiit ergo in montem ih̄s. et ibi
 sedebat cum discipulis suis.

Erax autem proximum pascha.
 dies festus iudaeorum.

Lo xlvi.
 M^o xxiii.
 M^o xxiii.
 Lo xlvi.

Lo xlvi.
 M^o xxiii.
 M^o xxiii.
 Lo xlvi.

Lo xlvi.
 M^o xxiii.
 M^o xxiii.
 Lo xlvi.

Jo xlviii.
M xlvi.
Lxxiii.
Lxxiiii.

Lum subleuasset ergo oculos ihs. et uidisset quia multi-
tudo maxima uenit ad eum. dicit ad philippum.
Unde enim uis panes ut manducent hi? hoc autem di-
cebat. temptans eum. Ipse enim sciebat quid esset
facturus. Respondit ei philippus. Ducentorum dena-
riorum panes non sufficiunt eis. ut unusquisque mo-
dicum quid accipiat; dicitei unus ex discipulis eius.
andreas frater symonis petri; Est puer unus hic.
qui habet quinque panes hordeacis. et duos pisces; sed
haec quid sunt inter tantos? Dixit ergo ihs; facite ho-
mines discumbere. Erat autem foenum multum in
loco; discubuerunt ergo uiri. numero quasi quinque
milia. Accepit ergo ihs panes. et cum gratias egisset.
distribuit discumbentibus; similiter et ex piscibus.
quantum uolebant. Ut autem impleti sunt. dixit
discipulis suis. Colligite quae superauerunt fragmenta.
ne pereant; Collegerunt ergo. et impleuerunt duo
decim cophinos fragmentorum. ex quinque panibus
hordeacis. quae superfuerunt his qui manducauerunt.
Illi ergo homines cum uidissent quod fecerat signum.

Jo L
Sol

dicebant. quia hic est uere propheta. qui uenturus
est in mundum.

Ihs ergo cum cognouisset. quia uenturi essent ut
raperent eum. et facerent eum regem.

*Lo Lii
379.
Al Lxxii.*
Fugit iterum in montem ipse solus; ut autem sero
factum est. descenderunt discipuli eius ad mare;
Et cum ascendissent nauim. uenerunt trans mare in
capharnaum. et tenebre iam facte erant. et non uenerat
ad eos ihs. Mare autem uento magno flante exurgebat;
Cum remigassent ergo quasi stadia uiginti quinque. aut
triginta. uident ihm ambulante super mare. et proxi-
mum nauis fieri et timuerunt. Ille autem. dicit eis. Ego
sum. nolite timere. Uoluerunt ergo in nauim accipere
eum. et statim fuit nauis ad terram. quam ibant.

*Lo Lii
380.*
Altera die turba que stabat trans mare. uidit quia
nauicula alia non erat ibi. nisi una. et quia non intro-
isset cum discipulis suis ihs in nauim. sed soli discipuli
eius abissent. Aliae uero superuenerunt naues et ibi
ade. iuxta locum ubi manducauerant panem. gratias
agentes dno. Cum ergo uidisset turba. quia ihs non

esset tibi. neque discipuli eius. ascenderunt in nauiculas.
et uenerunt capharnaum. querentes ih̄m. Et cum inue-
nissent eum trans mare. dixeruntque Rabbi. quando
huc uenisti. Respondit eis ih̄s. et dixit; Amen amen
dico uobis. queritis me. non quia uidistis signa. sed
quia manducastis ex panibus. et saturati estis. Opera
mini non cibum qui perit. sed qui permanet in uitam
aeternam. quem filius hominis uobis dabit; hunc
enim pater signauit d̄s. Dixerunt ergo ad eum. quid
faciemus ut opereremur opera d̄i. Respondit ih̄s. et
dixit eis; hoc est opus d̄i. ut credatis in eum
quem misit ille.

Lo Liii
M¹² lxxi
St. Luc. vii.

Lo Liiii
St. L.

Dixerunt ergo ei. quod ergo tū facis signum. ut uide-
amus et credamus tibi. quid operaris.

Patres n̄ri manna manducauerunt in deserto. sicut
scriptum est; panem de celo dedit eis manducare;
Dixit ergo eis ih̄s. Amen amen dico uobis. non moyses
dedit uobis panem de celo. sed pater meus datus uobis
panem de celo uerum; panis enim d̄i est qui descendit
de celo. et datus uitam mundo. Dixerunt ergo ad eum;

Dñe. semper da nobis panem hunc

Jo Lv
Mt lxxxviii
Lc cc lxxi

Dixit autem eis ihs. Ego sum panis uitę. qui uenit
ad me non esuriet. et qui credit in me. non sitiet um
quam. sed dixi uobis. quia et uidi stis me
et non creditis.

Jo Lvi
Sct.

Omne quod dat mihi pater ad me ueniet. et cum
qui uenit ad me. non tiam foras.

Jo Lvii
Mt lxxxv
Lc cc lxxii

Quia descendi de celo. non ut faciam uoluntatem meam.
sed uoluntatem eius qui misit me.

Jo Lviii
Sct.

Hæc est autem uoluntas eius qui misit me patris. ut
omne quod dedit mihi non perdam ex eo. sed resuscitem
illud in nouissimo die. hæc est enim uoluntas patris
mei qui misit me. ut omnis qui uidet filium et credit
in eum. habeat uitam æternam. Et resuscitabo eum
ego. in nouissimo die.

Jo Lviiii
Mt lxxxi
Lc cc lxxiii

Murmurabant ergo iudei de illo. quia dixisset. ego
sum panis qui de celo descendi. et dicebant. Nonne hic
est ihs. filius ioseph. cuius nos nouimus patrem et matrem?
quomodo ergo dicit hic. quia de celo descendi?

Jo Lx
Sct.

Respondit ergo ihs. et dixit eis. nolite murmurare.

in inuicem. Nemo potest uenire ad me. nisi pater qui
misit me traxerit eum. et ego resuscitabo eum in no
uissimo die. Est scriptum in prophetis. erunt omnes
docibiles dñi. Omnis qui audiuit a patre et didicit.
uenit ad me.

Lo Lxxi
Mt cxxii
Lu cxxviii

Non qui a patrem uidit quisquam. nisi is qui est
ad dō. hic uidit patrem.

Lo Lxxii
Sol.

Amen amen dico uobis. qui credit in me habet uitam
aeternam.

Lo Lxxiii
Mt cxxviii
Lu cxxv

Ego sum panis uitae.

Lo Lxxiiii
Sol.

Patres uñ manducauerunt in deserto manna. et mortui
sunt. hic est panis de celo descendens. ut si quis ex ipso
manducauerit. non moriatur.

Lo Lxxv
Mt cxxviii
Lu cxxv

Ego sum panis uiuus. qui de celo descendis. si quis man
ducauerit ex hoc pane. uiuet in aeternum. Et panis quem
ego dabo caro mea est. pro mundi uita.

Lo Lxxvi
Sol.

Litigabant ergo ad inuicem iudei. dicentes. quomodo
potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum.
Dixit ergo eis ih̄s. Amen amen dico uobis. nisi mandu
caueritis carnem filii hominis. et biberitis eius sanguinem.

non habebitis uitam in uobis. Qui manducat meam car-
nem. et bibit meum sanguinem. habet uitam aeternam.
Et ego resuscitabo eum. in nouissimo die.
Caro enim mea uere est cibus. et sanguis meus
uere est potus.

Qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem.
in me manet et ego in illo. sicut misit me uiuens pater.
et ego uiuo propter patrem. Et qui manducat me. et
ipse uiuet propter me. hic est panis qui de celo descen-
dit. non sicut manducauerunt patres uiri manna. et
mortui sunt. Qui manducat hunc panem. uiuet in aeter-
num. haec dixit in synagoga. docens in capharnaum.
Multi ergo audientes ex discipulis eius dixerunt.

Durus est hic sermo. quis potest eum audire?
Sciens autem ih̄s apud semetipsum. quia murmura-
rent de hoc discipuli eius. dixit eis. hoc uos scandalizat.

Si ergo uideritis filium hominis
ascendentem ubi erat prius.

Sp̄s est qui uiuificat. caro non prodest quicquam.

Uerba quae ego locutus sum uobis. sp̄s et uita sunt.

Jo. lxxvii.
Mt. lxxviii.
Mt. lxxv.
Lu. cc. lxxv.

Jo. lxxviii.
Scl.

Jo. lxxviii.
Mt. lxxv.
Mt. lxxv.
Lu. cc. lxxv.

Jo. lxxv.
Mt. lxxv.
Mt. lxxv.
Lu. cc. lxxv.

Jo. lxxv.
Scl.

sed sunt quidam ex uobis qui non credunt.

Lo Lxxxii
M^o lxxxviii
M^o lxxx

Sciebat enim ab initio ih̄s qui essent non credentes.
et qui traditurus esset eum.

Lo Lxxxiii
S^o l.

Et dicebat propterea dixi uobis quia nemo potest
uenire ad me. nisi fuerit ei datum a patre meo.

Ex hoc multi discipulorum eius abiierunt retro. etiam
non cum illo ambulabant. dixit ergo ih̄s ad duodecim;
Numquid et uos uultis abire.

Lo Lxxxiiii
M^o lxxxvi
M^o lxxxvii
Lo lxxxviii

Respondit ergo ei symon petrus dñe. ad quem ibimus.
uerba uitę eterne habes. Et nos credidimus et cogno
uimus. quia tu es xp̄s filius d̄i uiuus.

Lo lxxxv
S^o l.

Respondit ei ih̄s. Nonne ego uos duodecim elegi. et
ex uobis unus diabolus est. dicebat autem de iuda simo
nis scariothis. hic enim erat traditurus eum. cum
esset unus ex duodecim.

Post hec ambulabat ih̄s in galilęam. non enim uolebat
in iudeam ambulare. quia querebant eum iudei inter
ficere. Erat autem in proximo dies festus iudeorum.
scenophegia. dixerunt autem ad eum fratres eius.
Transi hinc et uade in iudeam. ut et discipuli tui uideant

operatua que facis. Nemo quippe in occulto quid facit.
 et querit ipse in palam esse. Si haec facis. manifestate
 ipsum mundo. Neque enim fratres eius credebant in eum.
 dicit ergo eis ih̄s. Tempus meum nondum aduenit.
 tempus autem ur̄m. semper est paratum. Non potest
 mundus odisse uos. Me autem odit. quia ego testi
 monium perhibeo de illo. quia opera eius mala sunt.
 Uos ascendite ad diem festum hunc. ego nondum ascen
 do ad diem festum istum. quia meum tempus nondū
 impletum est. haec cum dixisset. ipse mansit in gali
 lea. Ut autem ascenderunt fratres eius. tunc et ipse
 ascendit ad diem festum. non manifeste. sed quasi in
 occulto. Iudei ergo querebant ergo querebant eum in
 die festo. et dicebant. Ubi est ille? et murmur multus
 erat de eo in turba. Quidam enim dicebant quia bo
 nus est. alii autem dicebant non. sed seducit turbas.
 Nemo tamen palam loquebatur de illo. propter me
 tum iudeorum. Iam autem die festo mediante. ascen
 dit ih̄s in templum et docebat. Et mirabantur iudei
 dicentes. quomodo hic litteras scit. cum non didicerit?

Respondit eis ih̄s et dixit. Mea doctrina non est mea. sed eius qui misit me. si quis uoluerit uoluntatem eius facere. cognoscat de doctrina utrum ex dō sit. an ego a me ipso loquor. quia semetipso loquitur. gloria propriam querit. qui autem querit gloriam eius qui misit illum. hic uerax est. et iniustitia in illo non est. Nonne moyses dedit uobis legem. et nemo ex uobis facit legem. quid me queritis interficere. Respondit turba et dixit. daemonium habes. qui te quaerit interficere. Respondit ih̄s. et dixit eis. Unum opus feci. et omnes miramini. propterea moyses dedit uobis circumcisionem. non quia ex moyse est sed ex patribus. et in sabbato circumciditis hominem. si circumcisionem accipit homo in sabbato ut non soluat lex moysi. mihi indignamini quia totum hominem sanū feci in sabbato. Nolite iudicare secundum faciem. sed iustum iudicium iudicete. Dicebant ergo quidā ex hierosolymis. Nonne hic est quem querunt interficere. Ecce palam loquitur. et nihil ei dicunt. Num quid uere cognouerunt principes. quia hic est.

xps. sed hunc scimus unde sit. xps autem cum uenerit
nemo scit unde sit.

Llamabat ergo docens in templo ihs. et dicens. Et me
scitis. et unde sim scitis. et a me ipso non ueni. sed est
uerus qui misit me. quem uos nescitis. Ego scio eum.
quia ab ipso sum. et ipse me misit.

Queriebant ergo apprehendere eum. et nemo misit
in illum manus. quia nondum uenerat hora eius.

Deturbata autem. multi crediderunt in eum. Et dice
bant. xps cum uenerit. Numquid plura signa faciet.
quam que hic facit. Audierunt pharisai turbam mur
murantem de illo hec.

Et miserunt principes et pharisai ministros. ut ap
prehenderent eum.

Dixit ergo ihs. Adhuc modicum tempus uobiscum
sum. et uado ad eum qui misit me.

Queretis me. et non inuenietis. et ubi sum ego. uos
non potestis uenire. Dixerunt ergo iudei ad semetipsos.
quo hic iturus est. quia non inueniemus eum. Num
quid in dispersionem gentium iturus est. et docturus

gentes. quis est hic sermo quem dixit. queratis me
et non inuenietis et ubi sum ego. uos non potestis ue
nire. In nouissimo autem die magno festiuitatis.
stabat ih̄s et clamabat dicens. si quis sitit. ueniat
ad me et bibat. qui credit in me. sicut dicit scriptura
flumina de ventre eius fluent aque uiue. hoc autē
dixit de sp̄u quem accepturi erant credentes in eum.
nondum enim erat sp̄s datus. quia ih̄s nondum
fuerat glorificatus.

Lo Lxxxviii
M^{lxxxviii}
M^{lxxxviii}

Ex illa ergo turba cum audissent hos sermones eius.
dicebant. hic est uere propheta. alii dicebant.
hic est xp̄s.

Lo Lxxxviii
M^{lxxxviii}
M^{lxxxviii}

Quidam autem dicebant. Numquid a galilea.
xp̄s uenit. nonne scriptura dicit quia ex semi
ne dauid. et bethleem ex tello ubi erat dauid.
uenit xp̄s.

Lo Lxxxviii
Sol

Dissensio itaq. facta est in turba. propter eum.

Lo Lxxxviii
M^{lxxxviii}
M^{lxxxviii}
Lxxviii

Quidam autem ex ipsis uolebant apprehendere
eum. sed nemo misit super illum manus.

Lo Lxxxviii
Sol

Venerunt ergo ministri ad pontifices et phariseos.

et dixerunt eis illi. quare non adduxistis eum.
 Responderunt ministri. Numquam sic locutus est
 homo. sicut hic homo. Responderunt ergo eis pha-
 risei. Numquid et uos seducti estis. Numquid ali-
 quis ex principibus credidit in eum. aut ex phariseis.
 Sed turba hec que non nouit legem maledicti sunt.
 Dicit nicodemus ad eos. ille qui uenit ad eum nocte.
 qui unus erat ex ipsis. Numquid lex nostra iudicat homi-
 nem. nisi audierit ab ipso prius. et cognouerit quid
 faciat. Responderunt et dixerunt ei. Numquid et
 tu galileus es. Scrutare et uide. quia propheta aga-
 lilea non surgit. Et reuersi sunt unusquisque in domu-
 suam. Ihs autem petiit in montem oliueti. et dilu-
 culo iterum uenit in templum. Et omnis populus
 uenit ad eum. et sedens docebat eos. Adducunt autem
 scribe et pharisei mulierem in adulterio deprehensam.
 et statuerunt eam in medio. et dixerunt ei. Magister.
 haec mulier. modo deprehensa est in adulterio. In
 lege autem. moyses mandauit nobis huiusmodi
 lapidare. Tu ergo quid dicis.

Haec autem dicebant temptantes eum. ut possint
accusare eum. Ihs autem inclinans se deorsum. digito
scribebat in terra. Cum autem perseverarent interro
gantes eum. erexit se et dixit eis. quis sine peccato est
urum. primus in illam lapidem mittat. Et iterum se
inclinans. scribebat in terra. Audientes autem. unus
post unum exiebant. incipientes a senioribus. Et re
mansit solus. et mulier in medio stans. Erigens autem
se ihs. dixitque. mulier. ubi sunt qui te accusabant.
Nemo te condempnavit. Quae dixit. Nemo dñe.
Dixit autem ihs. nec ego te condempnabo. Uade. et
amplius iam noli peccare. Iterum ergo locutus est
eis ihs dicens. Ego sum lux mundi. qui sequitur
me. non ambulabit in tenebris. sed habebit lucem
vitae. Dixerunt ergo ci pharisei. Tu de te ipso testimo
nium perhibes. testimonium tuum non est uerum.
Respondit ihs. et dixit eis. Etsi ego testimonium p
hibeo de me ipso. uerum est testimonium meum.
quia scio. unde ueni. et quo uado. Uos autem
nescitis unde uenio. aut quo uado. Uos secundum

carne[m] iudicatis. ego non iudico quemquam.
 Et si iudico ego iudicium meum uerum est. quia
 solus non sum. sed ego et qui me misit pater. Et
 in lege uia scriptum est quod duorum hominum
 testimonium uerum est. Ego sum qui testimoniu[m]
 perhibeo de me ipso. et testimonium perhibet de me.
 qui misit me pater. Dicebant ergo ei. ubi est
 pater tuus.

Respondit ih̄s. neq[ue] me scitis. neq[ue] patrem meum.
 Si me sciretis. forsitan et patrem meum sciretis.

Hæc uerba locutus est in gazophylatio. docens in
 templo. Et nemo apprehendit eum. quia nec dum
 uenerat hora eius.

Dixit ergo iterum eis ih̄s. Ego uado. et queretis me.
 et in peccato u[ost]ro moriemini. Quo ego uado. uos
 non potestis uenire. Dicebant ergo iudei. Num
 quid interficit semetipsum. quia dicit. quo ego uado
 uos non potestis uenire. Et dicebat eis. Uos de deo
 sum estis. ego de supernis sum. Uos de mundo hoc
 estis. ego non sum de hoc mundo. Dixi ergo uobis.

Lo Lxxxviii.
 Et lxxxviii.
 Lu cxxviii.

Lo Lxxxviii.
 Et lxxxviii.
 Et cxxviii.
 Lu cxxviii.
 Et cxxviii.

quia moriemini in peccatis uestris. Si enim non credide-
ritis quia ego sum. moriemini in peccato uestro. Dice-
bant ergo ei. Tu quis es? dixit eis ih̄s. principium.
qui et loquor uobis. multa habeo de uobis loqui et
iudicare. sed qui misit me uerax est. et ego que audi-
ui ab eo. hec loquor in mundo. Et non cognouerunt.
quia patrem eis dicebat dm̄. Dixit ergo eis ih̄s. Cum
exaltaueritis filium hominis. tunc cognoscetis quia
ego sum. et a me ipso facio nihil. Sed sicut docuit me
pater. hec loquor. Et qui me misit mecum est.
non relinquit me solum. quia ego que placita sunt
ei. facio semper. hec illo loquente. multi credide-
runt in eum. Dicebat ergo ih̄s. ad eos qui crediderunt
ei iudeos. si uos manseritis in sermone meo. uere di-
scipuli mei eritis. Et cognoscetis ueritatem. et ueritas
liberabit uos. Responderunt ei. semen abrahe sumus.
et nemini serui uimus umquam. quomodo tu dicis.
liberi eritis? Respondit eis ih̄s. Amen amen dico uo-
bis. quia omnis qui facit peccatum. seruus est peccati.
Seruus autem non manet in domo in aeternum.

filius manet in eternum. Si ergo filius uos libera
 uerit. uere liberi eritis. Scio quia filii abrahe estis.
 sed queritis me interficere quia sermo meus non
 capit in uobis. Ego quod uidi apud patrem loquor.
 et uos que uidistis apud patrem ur̄m facitis. Respon
 derunt et dixerunt ei. pater noster abraham est.
 Dicite sibi. Si filii abrahe estis. opera abrahe facite.
 Nunc autem queritis me interficere. hominem qui ue
 ritatem locutus sum uobis quam audiui a dō. hoc abra
 ham non fecit. Uos facitis opera patris ur̄i. dixerunt
 itaq. ei. Nos ex fornicatione non sumus nati. unum pa
 trem habemus dñm. Dixit ergo eis ihs. si dñs pater uester
 esset. diligeretis utiq. me. Ego enim ex dō processi
 et ueni. Neq. enim a me ipso ueni. sed ille me misit.
 Quare loquelam meam non cognoscitis. quia non po
 testis audire sermonem meum. Uos ex patre diabolo
 estis. et desideria patris ur̄i uultis facere. Ille homici
 da erat ab initio. et in ueritate non stetit. quia ueritas
 non est in eo. Cum loquitur mendacium ex proprio
 loquitur. quia mendax est et pater eius. Ego autē

quia ueritatem dico. non creditis mihi. quis ex
uobis arguet me de peccato. Si ueritatem dico. qua
re uos non creditis mihi. qui est ex deo. uerba dei
audit. propterea uos non auditis. quia ex deo non
estis. Responderunt igitur iudei. et dixerunt ei.
Nonne benedicimus nos quia samaritanus es tu. et
demonium habes. Respondit ih̄s. Ego demonium
sed honorifico patrem meum. et uos in honorastis me.
Ego autem non quero gloriam meam. est qui querat
et iudicet. Amen amen dico uobis. si quis sermonem
meum seruauerit. mortem non uidebit in aeternum.
Dixerunt ergo iudei. Nunc cognouimus. quia
demonium habes. Abraham mortuus est et pro
pheta. et tu dicis. si quis sermonem meum seruaue
rit. non gustabit mortem in aeternum. Numquid
tu maiores patre nostro abraham qui mortuus est. et
propheta mortui sunt. quem te ipsum facis. Re
spondit ih̄s. si ego glorifico me ipsum. gloria mea
nihil est. Est pater meus qui glorificat me. quem
uos dicatis quia deus noster est. et non cognouistis eum.

Ego autem. noui eum. Et si dixero quia non scio eum.
 ero similis uobis mendax. Sed scio eum. et sermonem
 eius seruo. Abraham pater uester exultauit ut uide
 ret diem meum. et uidi et gauisus est. Dixerunt
 ergo iudei ad eum. quinquaginta annos nondum ha
 bes. et abraham uidisti. dixit eis ih̄s. Amen amen
 dico uobis. antequam abraham fieret. ego sum.
 Tulerunt ergo lapides. ut iacerent in eum. ih̄s autem
 abscondit se. et exiit de templo. Et praeteriens. uidit
 hominem cecum a natuitate. et interrogauerunt eum
 discipuli sui. Rabbi quis peccauit hic aut parentes eius.
 ut cecus nasceretur. Respondit ih̄s. Neq. hic pecca
 uit. neq. parentes eius. sed ut manifestentur opera
 d̄i in illo. Ne opoſtet operari opera eius qui miſit me.
 donec dies est. Uenit nox. quando nemo potest ope
 rari. quam diu in mundo sum. lux sum mundi.
 haec cum dixisset. exspuit in terram. et fecit lutum
 ex spuito. et liniuit lutum super oculos eius. et dixit
 ei. Uade laua in natatoria siloe. quod interpretatur
 missus. Abiit ergo et lauit. et uenit uidens. Itaq.

uicini et qui uidebant eum prius quia mendicatus erat.
dicebant. Nonne hic est qui sedebat et mendicabat?
Alii dicebant. quia hic est. Alii autem nequaquam.
sed similis est eius. Ille uero dicebat. quia ego sum.
dicebant ergo ei. quomodo aperti sunt tibi oculi?
Respondit. Ille homo qui dicitur ih̄s. lutum fecit
et unxit oculos meos. et dixit mihi. Uade ad natatoria
siloae. et laua. Et abiit. et lauit. et uidi. Et dixerunt ei.
ubi est ille? ait. nescio. adducunt eum ad phariseos.
qui cecus fuerat. Erat autem sabbatum quando lutum
fecit ih̄s. et aperuit oculos eius. Iterum ergo interro-
gabunt eum pharisei. quomodo uidisset. Ille autē.
dixit eis. lutum posuit mihi super oculos. et laui.
et uideo. Dicebant ergo ex phariseis quidam. non
est hic homo ad dō. qui sabbatum non custodit. Alii
dicebant. quomodo potest homo peccator haec
signa facere? et scisma erat inter eos. Dicunt ergo
ceco iterum. Tu quid dicis de eo qui aperuit oculos
tuos? Ille autem dixit. quia propheta est. non
crediderunt ergo iudei de illo quia cecus fuisset

et uidisset. donec uocauerunt parentes eius qui uide-
 rat. Et interrogauerunt eos dicentes. hic est filius
 uester. quem uos dicitis quia cecus natus est. quomodo
 ergo nunc uidet. Responderunt eis parentes eius et
 dixerunt eis. scimus quia hic est filius noster. et quia
 cecus natus est. quomodo autem nunc uidet. nesci-
 mus. aut quis eius aperuit oculos nos nescimus. Ipsū
 interrogate. et etatem habet. ipse de se loquatur. hec
 dixerunt parentes eius. qui timebant iudaeos. iam
 enim conspirauerant iudei. ut si quis eum confitere-
 tur xpm. extra synagogam fieret. propterea paren-
 tes eius dixerunt quia etatem habet. ipsum interro-
 gate. Uocauerunt ergo rursus hominem qui fuerat
 cecus. et dixerunt ei. da gloriam dō. nos scimus. quia
 hic homo peccator est. dixit ergo ille. si peccator
 est nescio. unum scio. quia cecus cum essem. modo
 uideo. dixerunt ergo illi. quid fecit tibi. quomodo
 aperuit tibi oculos. Respondit eis. Dixi uobis iam et
 audistis. quid iterum uultis audire. Numquid et
 uos uultis discipuli eius fieri. maledixerunt ei. et

dixerunt. Tu discipulus illius sis. nos autem moysi
discipuli sumus. Nos scimus. quia moysi locutus est
dñs. hunc autem nescimus unde sit. Respondit ille
homo. et dixit eis. In hoc enim mirabile est. quia
uos nescitis unde sit. et aperuit meos oculos. scimus
autem. quia peccatores dñs non audit. Sed si quis dñi
cultor est. et uoluntatem eius facit. hunc exaudit.
A seculo non est auditum. quia aperuit quis oculos
ceci nati. nisi esset hic adō. non poterat facere quicquā.
Responderunt. et dixerunt ei. In peccatis natus es totus.
et tū doces nos. Et ciecerunt eum foras. Audiuit ih̄s
quia ciecerunt eum foras. et cum inuenisset eum. dixit
ei. Tu credis in filium dñi. Respondit ille et dixit. quis
est dñs. ut credā in eum. Et dixit ei ih̄s. Et uidisti eum.
et qui loquitur tecum. ipse est. Et ille ait. Credo dñe.
Et prociens. adorauit eum. Et dixit ei ih̄s. In iudicium
ego in hunc mundum ueni. ut qui non uident. uide
ant. et qui uident. ceci fiant. Et audierunt ex pharisaeis
qui cum ipso erant. et dixerunt ei. Numquid et nos
ceci sumus. Et dixit eis ih̄s. si ceci essetis. non haberetis

peccatum. Nunc uero dicitis quia uidemus. peccatū
 ur̄m manet. Amen amen dico uobis. qui non intrat
 per ostium in ouile ouium. sed ascendit aliunde. ille
 fur est et latro. qui autem intrat per ostium. pastor
 est ouium. huic ostiarius aperit. et oues uocem eius
 audiunt. Et proprias oues uocat nominatim. et edu-
 cit eas. Et cum proprias oues emisert. ante eas uadit.
 et oues illum sequuntur. quia sciunt uocem eius. Alie-
 num autem non sequuntur. sed fugiunt ab eo. quia
 non nouerunt uocem alienorum. hoc prouerbum
 dixit eis ih̄s. Illi autem non cognouerunt quid loque-
 retur eis. Dixit ergo eis iterum ih̄s. Amen amen dico
 uobis. quia ego sum ostium ouium. Omnes quotquot
 uenerunt fures sunt et latrones. sed non audierunt eos
 oues. Ego sum ostium. per me si quis introierit salua-
 bitur. et ingredietur. et egredietur et pascua inueniet.
 fur non uenit. nisi ut furetur et mactet et perdat. Ego
 ueni ut uitam habeant. et habundantius habeant.
 Ego sum pastor bonus. bonus pastor. animam suam
 dat pro ouibus. Mercennarius et qui non est pastor.

cuius non sunt oues proprie. uidet lupum uenientē
et dimittit oues et fugit. Et lupus rapit. et disper-
git oues. Mercennarius autem fugit quia mercenna-
rius est. et non pertinet ad eum de ouibus. Ego sum
pastor bonus. Et cognosco meas. et cognoscunt
me meae.

Lo xco.
M^o xxi
Lxxviii

Lo xci.
M^o xxii
Lxxv

Lo xcii.
M^o xxiii
Lxxii

Sicut nouit me pater et ego agnosco patrem.

Et animam meam pono pro ouibus meis.

Et alias oues habeo que non sunt ex hoc ouili. et illas
opostet me adducere. et uocem meam audient.
Et fiet unum ouile. et unus pastor. propterea me
pater diligit. quia ego pono animam meam. et te-
rum sumam eam. Nemo tollit eam a me. sed ego po-
no eam a me ipso. potestatem habeo ponendi animam
meam. et potestatem habeo iterum sumendi eam. hoc
mandatum accepi a patre meo. dissensio iterum
facta est inter iudeos propter sermones hos. dicebant
autem multi ex ipsis. demonium habet et in sancto.
quid eum auditis. Alii dicebant. haec uerba non sunt
demonium habentis. Numquid demonium potest

cecorum oculos aperire.

Facta sunt autem en cenā in hierosolymis. et hiemf
 erat. Et ambulabat ih̄s in templo. in porticu salomo
 nis. Circumdederunt ergo eum iudei. et dicebant ei.
 Quo usq. animam nr̄am tollis. si tu es xp̄s. dic nobis
 palam. Respondit eis ih̄s. Loquor uobis. et non cre
 ditis. Opera quae ego facio in nomine patris mei.
 haec testimonium perhibent de me. sed uos non cre
 ditis. quia non estis ex ouibus meis. Oues meae uocē
 meam audiunt. et ego cognosco eas. et sequuntur
 me. Et ego uitam aeternā do eis. et non peribunt in
 aeternum. et non rapiet eas quisquam de manu mea.
 Pater meus quod dedit mihi. maius omnibus est. et
 nemo potest rapere de manu patris mei. Ego et pater
 unum sumus. Sustulerunt lapides iudei. ut lapida
 rent eum. Respondit eis ih̄s. Multa opera bona osten
 di uobis ex patre meo. propter quod eorum opus me
 lapidatis. Responderunt ei iudaei. De bono opere
 non lapidamus te. sed de blasphemia. Et quia tu ho
 mo cum sis. facis te ipsum dñm. Respondit eis ih̄s.

nonne scriptum est in lege ur̄a quia ego dixi de estis
si illos dixit deos ad quos sermo dī factus est. et non po-
test solui scriptura. quem pater sc̄ificauit et misit
in mundum. uos dicitis quia blasphemus. quia dixi.
filius dī sum. si non facio opera patris mei. nolite cre-
dere mihi. si autem facio. et si mihi non uultis credere.
operibus credite. ut cognoscatis et credatis. quia in
me est pater. et ego in patre.

Lo xxiii
M. lxxviii
M. lxxvi

Quaerebant ergo eum apprehendere. et exiit de
manibus eorum. et abiit iterum trans iordanem in eū
locum ubi erat iohannes baptizans primum.
et mansit illic.

Lo xxiiii
Sol.

Et multi uenerunt ad eum et dicebant. quia iohan-
nes quidem signum fecit nullum. Omnia autem
quae cumq. dixit iohannes de hoc uera erant. et multi
crediderunt in eum. Erat autem quidam languens
Lazarus ab ethania. de castello marie et marthe. soro-
rum eius. Maria autem erat que unxit dñm un-
guento. et exersit pedes eius capillis suis. cuius
frater Lazarus infirmabatur. Miserunt ergo

sorores eius ad eum dicentes. Dñe. ecce quem
 amas. infirmatur. Audiens autem ih̄c dixit eis.
 Infirmitas hæc non est ad mortem. sed pro gloria
 dī ut glorificetur filius dī per eam. Diligebat autē
 ih̄s martham et sororem eius mariam. et lazaram. Ut
 ergo audiuit quia infirmabatur. tunc quidem man
 sit in eodem loco duobus diebus. Deinde post hæc. di
 cit discipulis suis. Eamus in iudeam iterum. Dicunt ei
 discipuli. Rabbi. nunc querunt te iudei lapidare. et
 iterum uadis illuc. Respondit ih̄s. nonne duodecim
 sunt horæ diei. si quis ambulauerit in die non offen
 dit. quia lucem huius mundi uidet. si autem ambu
 lauerit nocte offendit. quia lux non est in eo. hæc
 ait. Et post hoc dicite eis. Lazarus amicus noster dormit.
 sed uado ut a somno exsuscitem eum. dixerunt ergo
 discipuli eius. dñe. si dormit. saluus erit. Dixerat
 autem ih̄s de morte eius. Illi autem putauerunt.
 quia de dormitione somni diceret. Tunc ergo dixit
 eis ih̄s manifeste. Lazarus mortuus est. et gaudeo pro
 pter uos. ut credatis quō non eram ibi. sed eamus ad eum.

Dixit ergo thomas quid dicitur didimus. ad disci-
pulos. Camus et nos. ut moriamur cum eo. Uenit
itaq. ih̄s. et inuenit eum quattuor dies iam in monu-
mento habentem. Erat autem bethania iuxta hie-
rosolymam. quasi stadiis quindecim. Multi autem ex
iudaeis uenerant ad martham et mariam. ut consola-
rentur eas de fratre suo. Martha autem ut audiuit
quia ih̄s uenit. occurrit illi. Maria autem. domi se-
debat. Dixit ergo martha ad ih̄m. Dñe si fuisset hic.
frater meus non fuisset mortuus. Sed et nunc scio.
quia quecumq. poposceris ad dō. dabit tibi d̄s. dicit
illi ih̄s. resurget frater tuus. Dicit ei martha. scio quia
resurget in resurrectione. in nouissimo die. Dixit ei
ih̄s. Ego sum resurrectio et uita. Qui credit in me.
etiam si mortuus fuerit uiuet. Et omnis qui uiuit
et credit in me. non morietur in eternum. Credis hoc.
ait illi. utiq. dñe. Ego credidi quia tu es xp̄s filius di.
qui in hunc mundum uenisti. Et cum hec dixisset.
abijt et uocauit mariam sororem suam silentio dicens.
Magister adest. et uocauit e. Illa ut audiuit. surrexit

cito et uenit ad eum. Nondum enim uenerat ih̄s
 in castellum. sed erat adhuc in illo loco ubi occurre
 rat ei martha. Iudei igitur qui erant cum ea in domo
 et consolabantur eam. cum uidissent mariam quia
 cito surrexit. et exiit. secuti sunt eam dicentes. quia
 uadit ad monumentum. ut ploret ibi. Maria ergo
 cum uenisset ubi erat ih̄s. uidens eum cecidit ad pedes
 eius. et dixit ei. Dñe si fuisses hic. non esset mostuus
 frater meus. Ih̄s ergo uidens eam plorantem. et iudaeos
 qui uenerant cum ea. plorantes. fremuit sp̄u. et turba
 uit semetipsum. et dixit. ubi posuisti eum. dicentes
 Dñe. ueni et uide. et lacrimatus est ih̄s. Dixerunt er
 go iudaei. Ecce. quomodo amabat eum. Quidam
 autem dixerunt ex ipsis. Non potuit hic qui aperuit
 oculos cecis. facere. ut et hic non moreretur. Ih̄s ergo
 rursus fremens in semetipso. uenit ad monumentum.
 Erat autem spelunca. et lapis superpositus erat ei.
 ait ih̄s. Tollite lapidem. Dicit ei martha. sorore eius
 qui mostuus fuerat. Dñe. iam fecit. quia triduanus
 enim est. Dicit ei ih̄s. Nonne dixi tibi. quō si credi.

deris. uidebis gloriam di. Tulerunt ergo lapidē:
Ihs autem eleuatis sursum oculis. dixit. pater. grati
as agotibi. quō audisti me. Ego autem sciebam.
quia semper me audis; sed propter populum. qui
circumstat dixi. ut credant qui xpm memiserit. haec
cum dixisset. uocem magna clamauit. Lazare. ueni
foras. Et statim prodit qui fuerat mortuus. ligatus
pedes et manus in stratis. et facies illius sudario erat
ligata. dicit ihs eis. soluite eum. et sinite abire.
Multi ergo ex iudeis qui uenerant ad mariā et uide
rant quae fecit. crediderunt in eum. quidam autē
ex ipsis abierunt ad pharisaeos. et dixerunt eis
quae fecit ihs.

Collegerunt ergo pontifices et pharisaei concilium.
et dicebant. quid facimus quia hic homo multa
signa facit. si dimittimus eum sic. omnes credent
in eum. Et uenient romani. et tollent nr̄m. et locū
et gentem; Unus autem ex ipsis caiphas. cum esset
pontifex annullius. dixit eis. uos nescitis quicquā
nec cogitatis. quia expedit nobis ut unus moriatur

homo pro populo: et non tota gens periret. hoc autē
 a semetipso non dixit. sed cum esset pontifex anni illi
 us prophetauit quia ih̄s mortuus erat pro gente.
 Et non tantum pro gente. sed ut filios dī qui erant di
 spersi congregaret in unum.

Ab illo ergo die. ^{+ bant} cogitauerunt ^{ut} interficere eum. ih̄s
 ergo iam non in palam ambulabat apud iudeos. sed
 abiit in regionem iuxta desertum. in ciuitatem quae
 dicitur efrem; Et ibi morabatur. cum discipulis suis.

X Proximum autem erat pascha iudeorum.

Et ascenderunt multi hierosolymam de regione ante
 pascha. ut sanctificarent se ipsos; quarebant ergo ih̄m.
 et colloquebantur ad inuicem in templo stantes; quid
 putas quia non ueniet ad diem festum? dederant
 autem pontifices et pharisaei mandatum. ut si quis co
 gnouerit ubi sit indicet. ut apprehendant eum.

Ih̄s ergo ante sex dies pasche. uenit bethaniam. ubi fuerat
 lazarus mortuus. quem suscitauit ih̄s.

Fecerunt autem ei cenam ibi. et martha ministrabat;

lazarus uero. unus erat ex discumbentibus cum eo.

Maria ergo accepit libram unguenti nardi pistaci pre-
tiosi. et unxit pedes ihu. et extersit capillis suis pedes
eius. et domus impleta est ex odore unguenti. Dicit
ergo unus ex discipulis eius iudas scariothis. qui erat
eum traditurus. Quare hoc unguentum non uenit
trecentis denariis. et datum est egenis? dixit autem
hoc. non quia de egenis pertinebat ad eum. sed quia
fur erat et oculos habens. ea qua emittebantur. Postu-
bat; Dixit ergo ihu sine illam. ut in diem sepulturae
mee seruet illud. pauperes enim semper habetis uo-
biscum. me autem. non semper habebitis.

Lo xxviii
Sol.

Loignouit ergo turba multa ex iudeis quia illic est.
et uenerunt non propter ihm tantum. sed ut lazaru
uiderent. quem suscitauit a mortuis. Cogitauerunt
autem principes sacerdotum ut e lazarus interfice-
rent. quia multi propter illum abibant ex iudeis.
et credebant in ihm.

Lo c
Moe viii
B cxxviii
Lo ce xxxviii

In crastinum autem. turba multa qua uenerat ad
diem festum. cum audissent quia uenit ihu hiero-
solyman. acceperunt ramos palmarum. et processerunt

obuiam ei et clamabant. Osanna benedictus qui uenit in nomine dñi. rex israhel.

^{Lo 21}
^{xi 21}
Et inuenit ih̄s a sellum. et sedit super eum sicut scriptum est. Nolite timere filia syon. ecce rex tuus uenit. sedens super pullum asinae.

^{Lo 21}
^{ss.}
Haec non cognouerunt discipuli eius primum. sed quando glorificatus est ih̄s. Tunc recordati sunt quia haec erant scripta de eo. et haec fecerunt ei. Testimonium ergo perhibebat turba quae erat cum eo quando lazarus uocauit demonum mento. et suscitauit eum a mortuis. propterea et obuiam uenit et turba. quia audierunt eum fecisse hoc signum. pharisaei ergo dixerunt ad semetipsos. Uidetis. quia nihil proficimus. Ecce mundus totus post eum abiit.

Erant autem gentiles quidam ex his qui ascenderant. ut adorarent in die festo. hi ergo accesserunt ad philippum qui erat ab ethsuda galileae. et rogabant eum dicentes. Dñe. uolumus ih̄m uidere. uenit philippus. et dicit andree. andreas rursus et philippus. dixerunt ih̄u.

Lo. cxi.
M^ll^ll^ll^l
M^ll^ll^ll^l
M^ll^ll^ll^ll^l

Ihs autem respondit eis dicens. uenit hora. ut clarifice-
tur filius hominis.

Lo. cxi.
Sol.

Amen amen dico uobis. nisi granum frumenti cadens
in terram mostuum fuerit. ipsum solum manet. si autē
mostuum fuerit. multum fructum affert.

Lo. cxv.
M^ll^ll^ll^l
M^ll^ll^ll^l
M^ll^ll^ll^ll^l

Qui amat animam suam. perdet eam. Et qui odit
animam suam in hoc mundo. in uitam aeternam custo-
dit eam.

Lo. cxv.
Sol.

Si quis mihi ministrat. me sequatur. Et ubi sum ego.
illic et minister meus erit. Si quis mihi ministrauerit.
honorificabit eum. pater meus.

Lo. cxv.
M^ll^ll^ll^l
M^ll^ll^ll^l
M^ll^ll^ll^ll^l

Nunc animam me turbata est. Et quid dicam. pater.
saluum me fac ex hora hac.

Lo. cxv.
Sol.

Sed propterea ueni in horam hanc. pater. clarifica
tuum nomen. Uenit ergo uox de celo. et clarificauit.
et iterum clarificabo. Turba ergo quæstabat et audierat.
dicebat tonitruum factum esse. Alii dicebant. ange-
lusque locutus est. Respondit ihs et dixit. Non propter
me uox hæc uenit. sed propter uos. nunc iudicium est
mundi. nunc princeps huius mundi eicitur foras.

Et ego si exaltatus fuero atraxi omnia traham ad me
 ipsum: hoc autem dicebat: significans quia moxte esset
 mortuus. Responditque turba: nos audiuimus ex
 lege: quia xps manet in aeternum. Et quomodo tu
 dicis: oportet exaltari filium hominis? quis est iste
 filius hominis? dixit ergo eis ihs: adhuc modicum
 lumen in uobis est. Ambulate dum lucem habetis
 ut non tenebrae uos comprehendant; Et qui ambulat
 in tenebris: nescit quo uadat. Dum lucem habetis cre
 dite in lucem: ut filii lucis sitis; haec locutus est ihs
 et abiit: et abscondit se ab eis; Cum autem tanta signa
 fecisset coram eis non credebant in eum: ut sermo esae
 impleretur quem dixit: Dñe: quis credidit auditui
 nro? et brachium dñi cui reuelatum est?

Propterea non poterant credere: quia iterum dixit
 esaias; Excecauit oculos eorum: et indurauit eorum cor:
 ut non uideant oculis: et intellegant corde: et
 conuestantur et sanem eos.

Haec dixit isaias quando uidit gloriam eius: et locu
 tus est de eo: Uerum tamen: et ex principib. multj crediderunt

in eum. sed propter phariseos non confitebantur. ut
de synagoga non eicerentur. dilexerunt enim glo-
riam hominum. magis quam gloriam dñi.

Lo cxi.
Al decviii.
St xcvi.
Lu cxvi.

Ihs autem. clamauit et dixit; qui credit in me. non
credit in me. sed in eum qui misit me; Et qui uidet me.
uidet eum qui misit me.

Lo cxii.
Sol.

Ego lux in mundum ueni. ut omnis qui credit in me.
in tenebris non maneat. Et si quis audierit uerba mea
et non custodierit. ego non iudico eum. Non enim ueni
ut iudicem mundum. sed ut saluificem
mundum; Qui spernit me et non accipit uerba mea. habet qui iu-
dicet eum; sermo quem locutus sum. ille iudicabit
eum in nouissimo die. quia ego ex me ipso non sum
locutus; Sed qui misit me pater. ipse mihi manda-
tum dedit. quid dicam et quid loquar; Et scio. quia
mandatum eius. uita aeterna est. quae ergo ego lo-
quor. sicut dixit mihi pater. sic loquor.

Ante diem autem festum paschae. sciens ihs quia
uenit eius hora. ut transiret ex hoc mundo ad patrem;

Cum dilexisset suos qui erant in mundo. in finem

dilexit eos.

Et cena facta cum diabolus iam misisset in cor. ut tra-
deret eum iudas symon iscariothis.

Sciens quia omnia dedit ei patri in manus. et quia ad o-
mnia exiit. et ad dñm vadit.

Surgit a cena et posuit uestimenta sua. Et cum
accepisset linteam. praecinxit se. Deinde misit
aquam in pelucem. et coepit lauare pedes discipu-
lorum. et extergere linteo quo erat praecinctus.
Venit ergo ad symonem petrum. et dicit ei petrus.
Dñe. tu mihi lauas pedes. Respondit ihc. et dicit
ei. Quod ego facio. tu nescis modo. scies autem po-
stea. Dicit ei petrus. Non lauabis mihi pedes in
aeternum. Respondit ei ihc. Si non lauero te.
non habebis partem mecum. Dicit ei symon pe-
trus. Dñe. non tantum pedes meos. sed et ma-
nus et caput. Dicit ei ihc. Qui lotus est. non in-
diget nisi ut pedes lauet. sed est mundus totus.
Et uos mundi estis. sed non omnes. Sciebat enim
quisnam esset qui traderet eum. propterea dixit.

non estis mundi omnes; postquam ergo lauit pedes
eorum. et accepit uestimenta sua. cum recubuisset
iterum. dixit eis. Scitis quid fecerim uobis?

Lo cxxv.
M^{lxxxviii}
L^v lxxv.

Uos uocatis me magister et dñe. et benedicatis.
sum etenim.

Lo cxxvii.
Sol.

Si ergo ego laui ur̄s pedes dñs et magister. et uos
debetis alter alterius lauare pedes; Exemplum enim
dedi uobis. ut quemadmodum ego feci uobis.

ita et uos. faciatis.

Lo cxxviii.
M^{lxxx}
L^v lxxviii.

Amen amen dico uobis. non est seruus maior domi
no suo. neq. apostolus maior eo qui misit illum; si
haec scitis. beati eritis si feceritis ea.

Lo cxxviiii.
Sol.

Non de omnib. uobis dico. ego scio quos elegerim;
sed ut impleatur scriptura; qui manducat meum pa
nem. leuabit contra me calcaneum suum; a modo
dico uobis priusquam fiat. ut credatis cum factum
fuerit. quia ego sum;

Lo cxxx.
M^{lxxxviii}
L^v cxxv.

Amen amen dico uobis. qui accipit si quem misero
me accipit. Qui autem me accipit. accipit eum qui
me misit.

Lo cxxx.
 Mcccxxviii.
 Et clxxi.

Cum hæc dixisset ih̄s. turbatus est sp̄u. et protestatus
 est. et dixit. Amen amen dico uobis. quia unus ex uo
 bistradet me;

Lo cxxx.
 Mcccxxviii.
 Et clxxi.

Aspiciebant ergo adinuicem discipuli.
 hæsitantes de quo diceret.

Lo cxxx.
 Sol.

Erat ergo recumbens unus ex discipulis eius in sinu ih̄u.
 quem diligebat ih̄s; Innuit ergo huic simon petrus. et
 dicit ei. quis est de quo dicit? Itaq. cum recubuisset
 ille supra pectus ih̄u. dicit ei. Dñe. quis est? Respon
 dit ih̄s. Ille est cui ego intinctum panem portexero;

Lo cxxx.
 Mcccxxviii.
 Et clxxi.

Et cum intinxisset panem. dedit iudæ simonis scari
 othis; Et post buccellam. tunc introiit in illum satanas;

Lo cxxx.
 Sol.

Et dicit ei ih̄s. quod facis. factitius; hoc autem nemo
 sciuit discumbentium. ad quid dixerite; quidam
 enim putabant quia oculos habebat iudas; ^{quia} quod
^{dixit} dixisset ei ih̄s. em ea que opus sunt nobis ad diem festū.
 aut egenis ut aliquid daret; Cum ergo accepisset ille
 buccellam. exiit continuo; Erat autem nox; Cum
 ergo exisset. dicit ih̄s; Nunc clarificatus est filius
 hominis. et dñs clarificatus est in eo; si dñs clarificatus est

in eo. et dñs clarificabit eum in semetipso; Et continuo
clarificabit eum; filioli. adhuc modicum uobiscum
sum; queratis me. et sicut dixi iudaeis. quo ego uado.
uos non potestis uenire; Et uobis dico modo; manda-
tum nouum do uobis. ut diligatis inuicem sicut dilexi
uos. ut et uos diligatis inuicem; In hoc cognoscent
omnes. quia mei discipuli estis. si dilectionem
habueritis ad inuicem;

Lo cccc
M cccc viii
M cccc
L cccc

Dicite simon petrus. dñe. quo uadis? Respon-
dit ih̄s. quo ego uado. non potes me modo sequi. se-
queris autem postea; Dicitq; petrus; quare non
possum te sequi modo? animam meam pro te ponā;
Respondit ih̄s; animam tuam pro me ponis? Amen
amen dico tibi. non cantabit gallus. donec me ter ne-
ges. Et ait discipulis suis;

Lo cccc
Sol.

Non turbetur cor ur̄m. Creditis in dñm. et in me cre-
dite. In domo patris mei. mansiones multe sunt.
Si quominus dixissem uobis. quia uado parare uo-
bis locum; Et si abiit et preparauero uobis locum.
iterum uenio. et accipiam uos ad me ipsum; Ut ubi

Ut ubi sum ego. et uos sitis; Et quo ego uado scitis. et
 uiam scitis. Dicit et thomas; Dñe. nescimus quo uadis;
 Et quomodo possumus uiam scire? Dicitq; ih̄s; Ego sum
 uia. et ueritas. et uita; Nemo uenit ad patrem. nisi
 per me. Si cognouissetis me. et patrem meum utiq;
 cognouissetis; Et amodo cognoscetis eum. et uidistis
 eum. Dicitq; philippus. Dñe. ostende nobis patrem.
 et sufficit nobis. Dicitq; ih̄s; Tanto tempore uobiscum
 sum. et non cognouistis me philippe; qui uidet me.
 uidet et patrem; quomodo tu dicis. ostende nobis pa-
 trem? Non credis quia ego in patre. et pater in me est?
 Verba quae ego loquor uobis. a me ipso non loquor;
 pater autem in me manens. ipse facit opera; Non cre-
 ditis quia ego in patre. et pater in me est? Alioquin.
 propter opera ipsa credite; Amen amen dico uobis.
 qui credit in me. opera quae ego facio. et ipse faciet. et
 maiora horum faciet. quia ego ad patrem uado;
 Et quodcumq; petieritis in nomine meo. hoc faciam;
 Ut clarificetur pater in filio. si quid petieritis ^{pater} me in
 nomine meo. hoc faciam. Si diligitis me. mandata

lo. cccciii.
 lxxv.
 & cccc.

mea seruate; Et ego rogabo patrem: et alium paraclitum
dabit uobis ut maneat uobiscum in aeternum. Spiritum ueri-
tatis; quem mundus non potest accipere. quia non uidet
eum. nec scit eum; Uos autem cognoscatis eum: quia
apud uos manebit. et in uobis erit. Non relinquam
uos orfanos: ueniam ad uos. Adhuc modicum. et
mundus me iam non uidet. Uos autem uidetis me:
quia ego uiuo. et uos uiuetis. In illo die cognoscetis:
quia ego in patre meo. et uos in me. et ego in uobis.
Qui habet mandata mea. et seruat ea:
ille est qui diligit me.

Qui autem diligit me: diligetur a patre meo! Et
ego diligam eum. et manifestabo ei me ipsum.

Dicit ei iudas. non ille scariothis? Domine. quid factum
est. quia nobis manifestaturus es te ipsum. et non
mundo? Respondit ihesus. et dixit ei. Siquis diligit
me. sermonem meum seruabit! Et pater meus diliget
eum; et ad eum ueniemus. et mansio nra apud eum
faciemus. Qui non diligit me. sermones meos.
non seruat.

Lo cccciiii.
Mcccviii.
Lxxvi.
Lxxvii.

Lo cccc.
Sol.

Et sermonem quem audistis non est meus: sed cuius qui
 misit me patris: haec locutus sum uobis: apud
 uos manens.

Paraclytus autem sp̄s sc̄s quem mittet pater in nomi
 ne meo: ille uos docebit omnia: et suggeret uobis
 omnia: quaecumq; dixerit uobis; pacem relinquo uo
 bis: pacem meam do uobis; Non quomodo mundus
 dicit: ego do uobis; Non turbetur cor ur̄m: neq; formi
 det; Audistis quia ego dixi uobis: Uado et uenio ad
 uos; Si diligeretis me: gauderetis utiq; quia uado ad
 patrem: quia pater maior me est; Et nunc dixi uobis
 prius quam fiat: ut cum factum fuerit credatis; Iam
 non multa loquar uobiscum; Uenit enim princeps
 mundi huius: et in me non habet quicquam; Sed
 ut cognoscat mundus: quia diligo patrem; Et sicut
 mandatum dedit mihi pater: sic facio: Surgite: exiis
 hinc; Ego sum uitis uera: et pater meus agricola est;
 Omnem palmitem in me non ferentem fructum: tollet
 eum; Et omnem qui fert fructum purgabit eum: ut
 fructum plus afferat; Iam uos mundi estis: propter

sermonem quem locutus sum uobis; Manete in me.
et ego in uobis; Sicut palmes non potest ferre fructū
a semetipsa nisi manserit in uite. sic nec uos. nisi in
me manseritis; Ego sum uitis. uos palmites. qui
manet in me et ego in eo. hic fert fructum multum.
quia sine me nihil potestis facere. Siquis in me
non manserit. mittitur foras sicut palmes. et aresecit.
et colligent eum. et in ignem mittent et ardet;
Si manseritis in me et uerba mea in uobis manserint.
quodcumq. uolueritis petetis. et fiet uobis.
In hoc clarificatus est pater meus. ut fructum plu-
rimum afferatis. et efficiamini mei discipuli. Sicut
dilexit me pater. et ego dilexi uos. Manete in dilec-
tione mea. Si precepta mea seruaueritis. manebitis
in dilectione mea; sicut et ego precepta patris mei
seruaui. et maneo in eius dilectione; haec locutus sum
uobis. ut gaudium meum in uobis sit. Et gaudium
uestrum impleatur.
Hoc est preceptum meum. ut diligatis inuicem.
sicut dilexi uos.

Lo cxxxiii
Fi. lxxv.
Et cxxxv.

Lo cxxxiii
Sol

Maiorem hac dilectionem nemo habet: ut animam
suam quis ponat pro amicis suis.

Vos amici mei estis: si feceritis quae ego precipio uobis;
Nam non dico uos seruos: quia seruus nescit quid faciat
dominus eius; Uos autem dixi amicos: quia omnia
quae cumq. audiui a patre meo. nota feci uobis; Non uos
me elegistis: sed ego elezi uos. et posui uos ut exatis et fruc
tum afferatis. et fructus uester maneat;

Ut quodcumq. petieritis patrem in nomine meo.
det uobis.

Haec mando uobis: ut diligatis inuicem; Si mundus uos
odit: scitote quia me priorem uobis odio habuit; si de
mundo fuissetis: mundus quod suum erat diligeret.
quia uero de mundo non estis: sed ego elezi uos de mundo.
propterea odit uos mundus;

Mementote sermonis mei quem ego dixi uobis: non est
seruus maior domino suo;

Si me persecuti sunt: et uos persequentur; si sermonem
meum seruaerunt: et uerum seruabunt;

Sed haec omnia facient uobis propter nomen meum.

Lo xlii
M^o xlii
Lxxviii.

Lo xliii
Sol

Lo xliiii
M^o xliiii
Lxxv.

Lo xlv
Sol

Lo xlvii
M^o xlvii
Lxxviii
Lxxv.

Lo xlviii
Sol

Quia nesciunt cum qui me misit.

Si non uenissem et locutus fuisssem eis. peccatum non haberent; Nunc autem. excusationem non habent de peccato suo.

Qui me odit. et patrem meum odit;

Si opera non fecissem in eis que nemo alius fecit. peccatum non haberent. Nunc autem. et uiderunt. et oderunt. et me et patrem meum. sed ut impleatur sermo qui in lege eorum scriptus est. ^{ocho habuerunt} quia oderunt me gratis. Cum autem uenerit paraclytus. quem ego mittam uobis a patre. spm ueritatis qui a patre procedit. ille testimonium perhibebit de me; Et uos testimoniu perhibetis. ^{bi} quia ab initio mecum estis.

Hæc locutus sum uobis. ut non scandalizemini. absq. synagogis facient uos; Sed uenit hora. ut omnis qui interficit uos. arbitretur se obsequium prestare dō; Et hæc facient uobis. quia non nouerunt patrem. neq. me. Sed hæc locutus sum uobis. ut cum uenerit hora eorum reminiscamini. quia ego dixi uobis.

Hæc autem uobis ab initio non dixi. quia uobiscu.

eram; At nunc uado ad eum qui me misit. et nemo ex
 uobis interrogat me quo uadis. Sed quia hec locutus sum
 uobis. tristitia impleuit cor urum. Sed ego ueritatem
 dico uobis. Expediit uobis. ut ego uadam. si enim non
 abiero. paraclytus non ueniet ad uos; si autem abiero.
 mittam eum ad uos; Et cum uenerit. ille arguet mun-
 dum de peccato. et de iustitia et de iudicio; De peccato
 quidem. quia non credunt in me; de iustitia uero.
 quia ad patrem uado. etiam non uidetis me; de iudicio
 autem. quia princeps mundi huius iudicatus est; Ad
 huc multa habeo uobis dicere. sed non potestis postare
 modo; Cum autem uenerit ille sps ueritatis. docebit
 uos omnem ueritatem; Non enim loquetur a semetipso.
 sed quecumq. audierit loquetur. et que uentura sunt. ad-
 nuntiabit uobis; Ille me clarificabit. quia de meo ac-
 cipiet. et adnuntiabit uobis;

Omnia quecumq. habet pater. mea sunt.

Propterea dixi quia de meo accipiet. et adnuntiabit
 uobis. Modicum etiam non uidebitis me. et iterum mo-
 dicum et uidebitis me. quia uado ad patrem; dixerunt

lo exlviii.
 di xxi
 lo exlviii.

lo exlviii.
 Sol

sit plenum.

*Lo. l. i.
Sol.*
Hæc in prouerbis locutus sum uobis; Uenit hora.
cum iam non in prouerbis loquar uobis. sed palam de
patre. annuntiabo uobis; Illo die in nomine meo petitis;
et non dico uobis quia ego rogabo patrem de uobis. Ipse
enim pater amat uos. quia uos me amatis. et credidistis.
quia ego ad deum exiui; Exiui a patre. et ueni in mundum;
Iterum relinquo mundum. et uado ad patrem; Dicunt
ei discipuli eius; Ecce nunc palam loqueris. et prouerbi
um nullum dicis; Nunc scimus quia scis omnia. et non
opus est tibi. ut quis te interroget; In hoc credimus.
quia ad deum existi.

*Lo. l. i.
Sol. l. xxxvii.
Et l. c. viii.*
Responditis ih̄s. modo creditis; Ecce uenit hora et iam
uenit. ut dispergamini unusquisque in propria. et me
solum relinquatis. et non sum solus. quia pater mecum est;

*Lo. l. i.
Sol.*
Hæc locutus sus uobis. ut in me pacem habeatis; In mun
do pressuram habebitis. sed confidite. ego uici mundum;
Hæc locutus est ih̄s. et subleuatis oculis in celum dixit;
pater. uenit hora. clarifica filium tuum. ut filius tuus
clarificet te; sicut dedisti ei potestatem omnis carnis.

ut omne quod dedisti ei. det eis uitam aeternam; haec
est autem uita aeterna. ut cognoscant te solum uerū
dñm. et quem misisti ihm xpm; Ego te clarificaui super
terram. opus consummaui quod dedisti mihi ut faciā;
Et nunc clarifica me tu pater apud te met ipsum. clari
tate quam habui prius quam mundus esset apud te;
Manifestaui nomen tuum hominib. quos dedisti mihi
de mundo; Tu erant. et mihi eos dedisti. et sermonē
tuum seruaerunt; Nunc cognouerunt. quia omnia
quae dedisti mihi ab te sunt. quia uerba quae dedisti
mihi dedi eis; Et ipsi acceperunt. et cognouerunt uere
quia a te exiui. et crediderunt quia tu me misisti;
Ego pro eis rogo. non pro mundo rogo. sed pro his
quos dedisti mihi. qui tui sunt; Et mea omnia tua
sunt. et tua mea sunt. et clarificatus sum in eis; Etia
non sum in mundo. et hi in mundo sunt. et ego ad te
uenio; Pater scē. serua eos in nomine tuo quos dedisti
mihi. ut sint unum sicut et nos; Cum essem cum eis.
ego seruabam eos in nomine tuo; Quos dedisti mihi
custodiui. et nemo ex his perit. nisi filius perditionis.

ut scriptura impleatur; Nunc autem ad te uenio. et hec
 loquor in mundo. Ut habeant gaudium meum imple-
 tum in semet ipsis; Ego dedi eis sermonem tuum. et mun-
 dus eos odio habuit; quia non sunt de mundo. sicut
 et ego non sum de mundo; [✠] Sanctifica eos in ueritate.
 sermo tuus. ueritas est. Sicut tu me misisti in mundum.
 et ego misi eos in mundum; Et pro eis ego sanctifico me ipsum.
 ut sint et ipsi sanctificati in ueritate; Non pro his autem
 rogo tantum. sed pro eis qui credituri sunt per uerbum
 eorum in me; Ut omnes unum sint sicut tu pater in
 me. et ego in te. ut et ipsi in nobis unum sint. ut mundus
 credat. quia tu me misisti; Et ego claritatem quam dedisti
 mihi dedi eis. ut sint unum. sicut et nos unum sumus;
 Ego in eis et tu in me. ut sint consummati in unum; Et
 cognoscat mundus. quia tu me misisti. et dilexisti eos.
 sicut et et me dilexisti; pater. quos dedisti mihi. uolo
 ut tibi ego sum. et illi sint mecum; Ut uideant claritatem
 meam quam dedisti mihi. quia dilexisti me ante consti-
 tutionem mundi;

<sup>Le. LIII
Jo. LXII
LXXVIII.</sup> Pater iuste. et mundus te non cognouit. ego autem

[✠] Non rogo ut tollas eos. de mundo. sed ut serues eos ex malo; De mundo non sunt.
 sicut et ego non sum de mundo;

te cognouit.

Lo clv
Sol.

Et hic cognouerunt quia tū memisisti. et notum feci
eis nomen tuum. et notum faciam. Ut dilectio quae di
lexisti me in ipsis sit. et ego in ipsis.

Lo clvi
M cxxxi
M cxxxii
Lxxc lxxxviii

Haec cum dixisset ih̄s.

Egressus est cum discipulis suis trans torrentem cedron.
ubi erat ostus; In quē introiit ipse. et discipuli eius.

Lo clvii
Sol.

Sciebat autem et iudas qui tradebat eum locum. quia
frequenter ih̄s conuenerat illuc cū discipulis suis.

Lo clviii
M cccc.
M c lxxxviii
Lxxc lxxxv.

Iudas ergo cum accepisset cohōstem. et a pontificibus et
phariseis ministros. uenit illuc cum laternis. et facib. et armis.

Lo clviiii
Sol.

Ih̄s itaq. sciens omnia quae uentura erant super eum. pro
cessit et dicit eis. Quem queritis? Responderunt ei.
ih̄m nazarenum; Dicit eis ih̄s. ego sum; Stabat autem et
iudas qui tradebat eum cum ipsis; Ut ergo dixit eis ego
sum. abierunt retrorsum. et ceciderunt in terram; Itē
rum ergo eos interrogauit; Quem queritis? Illi autē
dixerunt; ih̄m nazarenum; Respondit ih̄s. dixi uo
bis. quia ego sum. si ergo me queritis. sinite hos abire.
Ut impleretur sermo quem dixit. quia quos dedisti

mihī non perdidī ex eis quemquam.

Simon ergo petrus habens gladium eduxit eum.
et percussit pontificis seruum. et abscidit eius auri-
culam dextram; Erat autem nomen seruo malchus.

Dixit ergo ih̄s petro; mitte gladium in uaginam;
Calicem quem dedit mihi pater non bibam illum.

Cohors ergo et tribunus et ministri iudeorū compre-
henderunt ih̄m et ligauerunt eum.

Et adduxerunt eum ad annam primum; Erat enī
socer taphē. qui erat pontifex annullius; Erat autē
caphas qui consilium dederat iudeis. quia
expedit unum hominem mori pro populo;

Sequebatur autem ih̄m simon petrus. et alius discipulus;

Discipulus autem ille erat notus pontifici. et intro-
iuit cum ih̄m in atrium pontificis;

Petrus autem. stabat ad ostium foris;

Exiit ergo discipulus alius qui erat notus pontifici.
et dixit ostiariē. et introduxit petrum;

Dixit ergo petro ancilla ostiaria; Nūquid tu ex disci-
pulis es hominis istius? dicit ille; Non sum;

Lo c lxxviii
Sol.

Stabant autem serui et ministri ad prunas quia frigus erat. et calefiebant; Erat autem cum eis et petrus stans et calefaciens se; pontifex ergo interrogauit ihm de discipulis suis. et de doctrina eius.

Lo c lxxc.
M cccxiii
M c lxxxviii
L c c lxxxviii.

Respondit ei ih̄s; Ego palam locutus sum mundo. ego semper docui in synagoga et in templo quo omnes iudei conueniunt. et in occulto locutus sum nihil;

Lo c lxxxi
Sol.

Quid me interrogas? Interrogas eos qui audierunt. quid locutus sum ipsis; Ecce hi sciunt. que dixi ego;

Lo c lxxxii.
M cccxiiii.
M cccxv.
L c c c c xiiii.

Haec autem cum dixisset. unus assistens ministrorum dedit alapam ih̄u dicens; sic respondes pontifici?

Lo c lxxxiii.
Sol.

Respondit ei ih̄s; si male locutus sum. testimonium perhibe de malo; si autem bene. quid me cedis?

Lo c lxxxiiii.
M cccxvi.
M c lxxxviii.
L c c c c.

Et misit eum annas ligatum. ad caiphan pontificem;

Lo c lxxxv.
M cccxvii.
M c c c c v.
L c c c c v.

Erat autem simon petrus. stans et calefaciens se; dixerunt ergo ei; Numquid et tu ex discipulis eius es? Negauit ille et dixit; Non sum; dicit unus ex seruis pontificis. cognatus eius cuius absceidit petrus auriculam; Nonne ego te uidimus cum illo? Iterum ergo negauit petrus. et statim gallus cantauit;

Leoboev
Mcccxxiii
Lxxviii
Lxxco.
Adducunt ergo ihm. ad caiphan in pretorium;

erat autem mane;

Et ipsi non introierunt in pretorium. ut non contami-
narentur. sed manducarent pascha; Exiit ergo pila-
tus ad eos foras. et dixit; quam accusationem affertis
aduersus hominem hunc? Responderunt. et dixere-
runt ei; si non esset hic malefactor. non tibi tradisse-
mus eum; Dixit ergo eis pilatus; accipite eum uos.
et secundum legem uram iudicate eum; Dixerunt
ergo ei iudei; nobis non licet interficere quemquam;
ut sermo ihu impleretur quem dixit. significans quia
esset morte mortuus;

Leoboeviii
Mcccxxx
Lxx
Lxxccii
Introiit ergo iterum in pretorium pilatus. et uocauit
ihm. et dixit ei; Tu es rex iudeorum? Et respondit ihm;

Atmetipso hoc dicis. an alii tibi dixerunt de me?

Leoboeviiii
Respondit pilatus; Numquid ego iudaeus sum?
gens tua et pontifices tradiderunt te mihi; quid fecisti?
Respondit ihm; Regnum meum non est de hoc mundo;
si ex hoc mundo esset regnum meum. ministri mei
utiq. deestarent. ut non traderet iudeis; nunc autem

regnum meum non est hinc;

Lo c lxxx
M lxxx
M lxxx

Dixit itaq. a pilatus. Ergo rex es tu? Respondit ihs;
Iudicis. quia rex sum ego.

Lo c lxxx
M lxxx

Ego in hoc natus sum. et ad hoc ueni in mundum. ut
testimonium p[ro]hibeam ueritati; Omnis qui est ex ueri
tate. audit meam uocem; Dicit q[ue] pilatus; quid est
ueritas? Et cum hoc dixisset. iterum exiit ad iudeos;

Lo c lxxx
M lxxx
M lxxx

Et dicit eis; Ego nullam inuenio in eo causam;

Lo c lxxx
M lxxx
M lxxx

Est autem consuetudo uobis. ut unum dimittam uo
bis in pascha; Uultis ergo dimittam uobis regem iudeorū?

Lo c lxxx
M lxxx
M lxxx

Ilam uerunt rursus omnes dicentes; Non hunc.
sed barabbam; Erat autem barabbas latro;

Lo c lxxx
M lxxx
M lxxx

Tunc ergo apprehendit pilatus ihs. et flagellauit;
Et milites placentes coronam de spinis. imposuerunt
capiti eius. Et ueste purpurea circumdederunt eum.
et ueniebant ad eum. et dicebant; Aue. rex iudaeorū;
Et dabant ei alapas;

Lo c lxxx
M lxxx
M lxxx

Exiit iterum pilatus foras. et dicit eis; Ecce adduco
uobis eum foras. ut cognoscatis quia in eo nullam
causam inuenio;

Exiit ergo ih̄s postans spineam coronam. et purpureū
uestimentum. Et dicit eis; Ecce homo;

Lum ergo uidissent eum pontifices et ministri. cla
mabant dicentes; Crucifige. crucifige eum;

Dicit eis pilatus; Accipite eum uos. et crucifigite;

Ego enim. non inuenio in eo causam.

Responderunt ei iudei. Nos legem habemus. et
secundum legem debet mori. quia filium dī se fecit;

Lum ergo audisset pilatus hunc sermonem. magis
timuit. Et ingressus est pretorium iterum. et dicit
ad ih̄m. Unde estus? ih̄s autem. responsum non dedit ei.

Dicit ergo ei pilatus; mihi non loqueris? Nescis
quia potestatem habeo crucifigere te. et potestatem
habeo dimittere te? Respondit ih̄s; Non haberes po
testatem aduersum me ullam. nisi tibi esset datum
de super. propterea qui tradidit me tibi. maius
peccatum habet. Exinde querebat pilatus dimitte
re eum. Iudei autem clamabant dicentes; si hunc
dimittis. non es amicus cesari. Omnis qui se regem
facit. contradicit cesari; pilatus ergo cum audisset

hos sermones: adduxit foras ihm̄. et sedit pro tribuna
li. in loco qui dicitur lithostrotos. hebraice autem gaba
tha. Erat autem parasceue pasche. hora quasi sexta.
Et dicit iudeis. Ecce rex iudee. Illi autem clamabant.
Tolle tolle. crucifige eum.

Lo cccxiii.
Mcccxxi.
Mcccxxv.
Lcccxxiii.

Lo cccxv.
Sol.

Lo cccxvi.
Mcccxxviii.
Mcccxxvii.
Lcccxxiiii.

Lo cccxvii.
Mcccxxxi.
Mcccxxviii.
Lcccxxv.

Lo cccxviii.
Mcccxxxii.
Mcccxxx.
Lcccxxviii.

Lo cccxviiii.
Mcccxxxv.
Mcccxxxiii.
Lcccxxviiii.

Lo cc
Sol.

Dixit eis pilatus. Regem ur̄m crucifigam. Respon
derunt pontifices. non habemus regem. nisi cesarem.
Tunc ergo tradidit eis illum. ut crucifigeretur.
Susceperunt autem ihm̄ et duxerunt. et baiulans
sibi crucem. exiit in eum qui dicitur caluarie locū. he
braice golgotha. ubi eum crucifixerunt.
Et cum eo alios duos. hinc et hinc. mediū autē ihm̄.
Scripsit autem et titulum pilatus. et posuit super
crucem. Erat autem scriptum. ih̄s nazenus. rex iudeorū.
Hunc ergo titulum multi legerunt iudeorum. quia
prope ciuitatem erat locus. ubi crucifixus est ih̄s. Et
erat scriptum. hebraice. grece. et latine. Dicebant
ergo pilato pontifices iudeorum. Noli scribere rex
iudeorum. sed quia ipse dixit. rex sum iudeorum.
Respondit pilatus. Quod scripsi. scripsi.

^{Loco I.}
^{Mcccxxiiii.}
^{Mcccxxv.}
^{Lcccxxvi.}
 Milites ergo cum crucifixissent eum. acceperunt uesti-
 menta eius. et fecerunt quattuor partes. unicuique militi
 partem; et tunicam; Erat autem tunica inconsutilis.
 de super contexta per totum. Dixerunt ergo ad invicem;
 Non scindamus eam. sed sortiamur de illa cuius sit.
 Ut scriptura impleatur dicens; partiti sunt uestimen-
 ta mea sibi. et in uestem meam miserunt sortem;
 Et milites quidem haec fecerunt;

^{Loco II.}
^{Sol.}
 Stabant autem iuxta crucem ihu mater eius. et soror
 matris eius. maria cleope. et maria magdalena; Cui
 disset ergo ihu matrem et discipulum quem diligebat. dicit
 matri suae; Mulier. ecce filius tuus; Deinde dicit disci-
 pulo. ecce mater tua; Et ex illa hora. accepit eam
 discipulus in sua.

^{Loco III.}
^{Mcccxxviii.}
^{Mcccxxix.}
^{Loco IIII.}
^{Mcccxxx.}
^{Mcccxxxii.}
^{Lcccxxxiii.}
 Postea sciens ihu. quia iam omnia consummata sunt.
 ut consummaretur scriptura. dicit; Sitio; Uas ergo
 positum erat. aceto plenum; Illi autem spongiam
 plenam aceto hyssopo circumponentes. obtulerunt ei eius;
 Cum ergo accepisset ihu acetum. dixit; Consummatum
 est; Et inclinato capite. tradidit spiritum.

loc. cv
Sol.

Iudaei ergo quō parasceue erat. ut non remaneret
in cruce corpora sabbato. erat enim magnus dies ille
sabbati. rogauerunt pilatum. ut frangerentur eorū
crura et tollerentur; Uenerunt ergo milites. et primi
quidem frugerunt crura. et alterius qui crucifixus est
cum eo; Ad ih̄m autem cum uenissent. cōtulerunt eū
iam mortuum. non frugerunt eius crura; sed unus mi
litum lancea latus eius aperuit. et continuo exiit
sanguis et aqua; Et qui uidit testimonium phibuit.
et uerum est eius testimonium; Et ille scit quia uera di
cit. ut et uos credatis.

Facta sunt enim haec. ut scriptura impleretur. Os
non comminuetis ex eo; Et iterum alia scriptura dicit;
Uidebunt in quem transfixerunt;

loc. cvii
M^o cccxlviij
M^o cccxlvij
L^o cccxxxvii

loc. viii
Sol.

Post haec autem rogauit pilatum ioseph abarimathia
eo quod esset discipulus ih̄u. occultus autem propter
metum iudaeorum. ut tolleret corpus ih̄u; Et permi
sit pilatus; Uenit ergo. et tulit corpus ih̄u; Uenit
autem et nico demus qui uenerat ad ih̄m nocte primū.
ferens mixturam myrrae et aloes. quasi libras centū;

^{Lece viii.}
^{Mccc xlviii}
^{Et cccviii}
^{Lccccxxxiii.}
 Acceperunt ergo corpus ihu. et ligauerunt eum lin-

teis cum aromatibus. sicut mos iudaeis est sepelire;

erat autem in loco ubi crucifixus est ostus. et in orto

monumentum nouum. in quo nondum quisquam.

positus erat; Ibi ergo propter parasceuen iudeoru.

quia iuxta erat monumentum. posuerunt ihm;

^{Lece viii.}
^{Mccc lvi}
^{Et cccviii.}
^{Lccccxxxiii.}
 Una autem sabbati maria magdalenae. uenit mane

cum adhuc tenebre essent ad monumentum. et uidit

lapidem sublatum a monumento;

^{Lece x.}
^{Sol.}
 Cucurrit ergo et uenit ad symonem petrum. et ad

aliu[m] discipulum quem amabat ihu. et dicit eis. Tule-

runt dnm de monumento. et nescimus ubi posuerunt

eum. Exit ergo petrus et ille alius discipulus. et ue-

nerunt ad monumentum. Currebant autem duo

simul. et ille alius discipulus precucurrit citius petro.

et uenit primus ad monumentum; Et cum se inclinasset.

uidit posita lintamina. non tamen introiit; Uenit

ergo symon petrus sequens eum. et introiit in mo-

numentum; Et uidit lintamina posita. et sudariu[m]

quod fuerat super caput eius. Non cum lintaminib. positi.

sed separatim in uolutum in unum locum. Tunc ergo
introuit et ille discipulus qui uenerat primus ad
monumentum. et uidit et credidit; Nondum enim
sciebant scripturam. quia oportuerat eum a mo^{er}tu
is resurgere. Abierunt ergo iterum discipuli
ad semetipsos.

Jo. cc. xxi.

Jo. cc. lxi.

Jo. cc. xxxi.

Jo. cc. xxxvi.

Maria autem stabat ad monumentum foris. plorans;
Dum ergo flet. inclinauit se et prospexit in monu
mentum. Et uidit duos angelos in albis sedentes.
unum ad caput. et unum ad pedes. ubi positum fu
erat corpus ihu.

Jo. cc. xxii.

S. L.

Dicunt ei illi. mulier. quid ploras? diciteis;
quia tulerunt dnm meum. et nescio ubi posuerunt
eum; haec cum dixisset conuersa est retrorsum. Et
uidit ihm stantem. et non sciebat quia ih̄s est; Dicit
ei ih̄s. mulier. quid ploras? quem queris? illa ^{exi} ~~re~~sti
mans. quia o stolamus esset. dicit ei; Dne. si tu sustu
listi eum dicito mihi ubi posuisti eum. et ego eum
tollam. Dicit ei ih̄s. maria. Conuersa illa. dicit ei
Rabboni. quod dicitur magister. Dicit ei ih̄s.

noli me tangere; Nondum enim ascendi ad patrem.
meum; Uade autem ad fratres meos. et dic eis. Ascendo
ad patrem meum et patrem uestrum. et dñm meum. et
dñm uestrum; Uenit maria magdalene adnuntians disci-
pulis. quia uidi dñm. et hæc dixit mihi.

*Lo cc xiii.
viii
Lccc xl*
Cum esset ergo sero die illo una sabbatorum. et fores essent
clausæ. ubi erant discipuli congregati propter metum iu-
deorum. uenit ih̄s et stetit in medio. et dicit eis; Pax uobis;
Et cum hoc dixisset. ostendit eis manus et latera;

*Lo cc xiiii.
Sol*
Gausi sunt ergo discipuli. uiso dño; Dixit ergo eis iterū;
Pax uobis; sicut misit me pater. et ego mitto uos; hoc cū
dixisset. insufflauit. et dicit eis; Accipite sp̄m sc̄m;

*Lo cc xv.
viii
Lccc v.*
Quorum remiseritis peccata. remittantur eis; Et quorū
retinueritis. retenta sunt;

*Lo cc xvi.
Sol.*
Thomas autem unus ex duodecim qui dicitur didimus.
non erat cum eis quando uenit ih̄s; Dixerunt ergo ei alii
discipuli; Uidimus dñm; Ille autem. dixit eis; nisi
uidero in manib. eius figuram clauorū. et mittā digitū
meum in locum clauorum. et mittam manum meam
in latera eius non credam;

1000
LXXII

Et post dies octo iterum erant discipuli eius intus et
thomas cum eis. Uenit ih̄s ianuis clausis et stetit in me-
dio et dixit; Pax uobis; Deinde dicit thome; Infer digi-
tū tuū huc et uide manus meas et adfer manū tuam et
mitte in latus meum et noli esse incredulus sed fidelis;

1000
LXXIII

Respondit thomas et dixit ei; Dñs m̄s et d̄s meus;
Dicit ei ih̄s; Quia uidi st̄m credidisti. beati qui n̄ uider̄
et credider̄; multa quidē et alia signa fecit ih̄s in conspec-
tu discipulorū suorū. que n̄ sunt scripta in libro hoc;
hæc autē scripta sunt ut credatis quia ih̄s est xp̄s filius
d̄i; Et ut credentes uitā habetis in nomine eius;

1000
LXXIV

Postea manifestauit se ih̄s iterū ad mare tyberiadis.
manifestauit autem sic; Erant simul simon petrus et tho-
mas qui dicitur didimus et nathanael qui erat a cana ga-
lilee et filii zebedei et alii ex discipulis eius duo; Dicit
eis symon petrus; Uado piscari; Dicunt ei; Uenimus et
nostecū; Et exier̄ et ascender̄ nauī et illa nocte nihil pren-
dider̄; coane autē iā facto stetit ih̄s in l̄y tore non tamen
cognouer̄ discipuli quia ih̄s est; Dicit ergo eis ih̄s; pueri
nūquā pulm̄atū habetis? Responder̄ ei; non; dixit eis;

mittite in dexterā nauis rete. et inuenietis; miser ergo
 etiā n̄ ualebant illud trahere. p̄ multitudine piscium;
 Dicit ergo discipulus ille quē diligebat ih̄s petro. dñs est;
 simon petrus cū audisset quia dñs est. tunicā succinxit se.
 erat enim nudus et misit se in mare; Alii autē discipuli. na
 uigio uener̄. Non enī longe erant a terra. sed quasi cubitis
 ducentis trahentes rete piscium;

Utergo descender̄ in terrā. uider̄ p̄runas positas. et piscē
 superpositū et panē; dicit eis ih̄s. Afferte de piscib. quos
 prendidistis nunc;

Ascendit symon petrus et traxit rete in terrā. plenū magnis
 piscib. centū quinquaginta trib.; Et cū tantū esset. n̄ ē scissū rete;

Dicit eis ih̄s; uenite. prandete;

Et nemo audebat discubentiū interrogare eum. Tu quis
 es? scientes. quia dñs est;

Et uenit ih̄s et accepit panē. et dedit eis. et piscē similiter.

Hoc iā tertio manifestat ē ih̄s discipulis suis. cū
 resurrexisset a mortuis;

Lum ergo prandissent. dicit simoni petro ih̄s.

Simon iohannis diligis me plus his?

Io. cc. xxviii.
viii
Luce. lxxviii.

Io. cc. xxviii.
Sol.

Io. cc. xxx.
Sol.

+ Io. cc. xxxi.
viii
Luce. lxxviii.
Io. cc. xxxii.
Sol.

Dicit ei; Etiam dñe. tu scis quia amote; Dicitq; pasce
agnos meos; Dicitq; iterum; Simon iohannis diligis me?

Ait illi; Etiam dñe. tu scis quia amote; Dicitq;
pasce agnos meos;

Dicit tertio; Simon iohannis amas me? Contristatus est
petrus quia dixit ei tertio amas me. et dixit ei;

Dñe. tu omnia scis. tu scis quia amote;

Dicitq; pasce oues meas; Amen amen dico tibi. cum esses
iunior. cingebas te et ambulabas ubi uolebas; Cum autē
senueris. extendes manus tuas. et alius te cinget. et ducet
quo non uis. hoc autē dixit. significans quā morte. clari
ficatur eēt dñm; Et cum hoc dixisset. dicitq; sequere me;
Conuersus petrus. uidit illū discipulū quē diligebat ih̄s
sequentē qui et recubuit in cena sup petrus eius et dixit; Dñe
quis ē qui tradet te? hunc ergo cū uidisset petrus. dicit
ih̄u; Dñe. hic autē quid? Dicit ei ih̄s; si sic uolo manere
donec ueniā; qđ ad te. tu me sequere; Exiit ergo sermo
iste inter fr̄s. qđ discipulus ille n̄ moritur; Et n̄ dixit ih̄s
qđ n̄ moritur. sed sic uolo manere donec ueniā. qđ ad te.
hic ē discipulus qui testimonium phibet de his. et scripsit.

Et scimus quia uerum est. testimonium eius; sunt
 autem et alia multa que fecit ih̄s. que si scribantur per
 singula. nec ipsum arbitror mundum capere eos qui
 scribendi sunt libros; E

EXPLICIT EUANGĒL SEC̄ IOH̄

HABET VERSVS. ̄. DCCC.

Incip. cap. euangeli. de anni circulo. **I**nnat
secdm luc cap. iiii. Exiit edictum a cesare dñi. ad scām mariā
augusto. vsq. pax hominibus bonae uoluntatis. **maiorem**

Item ad scām anastasiā. secundum luc cap. iiii. Pastores loquebantur
ad inuicem. vsq. sicut dictum est ad illos.

Item ad scām petrum. Secdm ioh cap. i. In principio erat uerbum.
vsq. plenum gratiae & ueritatis.

Innat scī stephani. secdm math. cap. cxi. Dicebat ih̄c turb̄ iudeorum. &
principib. sacerdotū. Ecce ego mitto ad uos prophetas & sapientes & scribas.
vsq. benedictus qui uenit. in nomine dñi.

Innat scī ioh̄ ap̄ & euangeli. secdm ioh cap. cxxxii. Dixit ih̄c petro. seque
me. vsq. & scimus quia uerum ē. testimonium eius.

Innat innocentiū. secdm math cap. vi. Angelus dñi apparuit in somnis
ioseph. dicens. vsq. & noluit consolari. quia non suff.

Ebd. i. post nat. dñi. secdm luc cap. iiii. Erat ioseph & maria
mater ih̄u mirantes. vsq. & gratia dī erat in illo.

Innat scī siluestri. secdm math cap. cclxii. Dixit ih̄c discipulis suis. Vigilate.
quia nescitis quā hora. vsq. confituet eum.

Inoct̄ dñi ad scām mariā ad martyr̄. secdm luc cap. iiii. Post quā consumati
sunt dies octo. vsq. & ḡtam plebi tuae israhel.

In uiḡt ep̄iphaniē. in eccl̄a scī petri. secdm math cap. vi. Defuncto herode. ecce
angelus dñi. vsq. quō nazareus uocabitur.

In ep̄iphaniā. secdm math cap. iiii. Cum natus eēt ih̄c in bethleem iudae.
vsq. reuersi sunt in regionem suam.

Fer. iiii. post ep̄iphaniā. secdm ioh cap. xiiii. Vidit iohannes ih̄m uenientem

ad se. Usque quia hic est filius dei.

Fer. vi. p. epiphani. ad sem petrum ad uincula. secū marcū cap. iiii. Fuit iohannes in deserto baptizans. Usq. filius mī dilect. in te complacui.

Item aliud secū math cap. vii. Venit iohannes baptista. predicans in deserto iudee. dicens. Usq. comburet igni inextinguibili.

Inoct. epiphani. secū math cap. xiii. Venit ihc a galilea in iordanem ad iohannem. Usq. In quo mihi complacui.

Ebd. ii. post natū dñi ad sem ioh & paulū. secū lucē cap. iiii. Cum factus eēt ihc annorū xii. Usq. apud dñm et homines.

Mense ian. die xiiii. mens. supra script

In natū scti felici in pincis. secū lucē cap. cxvi. Dixit ihc discipulis suis. Qui uos audit. me audit. Usq. nomina ur̄a scripta sunt in celis.

Mens sup̄ script die xvi. natū scti marcelli. secū math cap. cclxxviii. Dixit ihc discipulis suis parabolā hanc. Et homo qdā peregre proficiscens. Usq. in gaudiū dñi tui.

Ebd. ii. post theoph ad sem eusebiū. secū ioh cap. xviii. Nuptis factae sunt in cana galileae. Usq. & crediderunt in eum discipuli eius.

Item aliap. epiphani. secū lucē cap. xvii. Regressus ē ihc in uirtute sp̄s in galileā. Usq. quae procedebant de ore ipsius.

Fr. iiii. secū mar. cap. xviii. Venit ad ihm leprosus deprecans eum. & genu flexo dixit. Usq. quae praecipta moyses. in testimonium illis.

Fr. vi. secū mar. cap. l. Egredus ihc. uenit in patriam suā. & seq. bantur illū discipuli sui. Usq. In postis manibus curauit.

Sabb. secū lucē cap. xxvi. Surgens ihc de synagoga. introiit in domum symonis. Usq. euangelizare regnum dī.

Ebd. iii. post theoph secū math cap. lxxiii. Cū descendisset.

ih̄c demonte. secute sunt eū. Usq. & sanatus ē puer ex illa hora. illius.

Fr̄. iiii. secā mar̄. cap̄. xxv. Intrauit ih̄c in synagogam. Usq. & refutauit e. man.

Fr̄. vi. secā luc̄. cap̄. xxxiii. Cum eet ih̄c in una ciuitatum. & ecce uir plenus
lepra. Usq. & curetur ab infirmitatibus suis.

Sabb̄ secā mar̄. cap̄. xxxvi. Coepit ih̄c docere ad mare. Usq. qui habet
aures audiendi. audiat.

Die. xviii. mens̄ sup̄ scripto. nat̄ scae priscae. secā mth̄. cap̄. cxi. Simile est
regnū celorū. thesauro abscondito. Usq. noua & uetera.

Die. xx. mens̄ sup̄ scrip̄. nat̄ sc̄i sebastiani. secā luc̄. cap̄. xlv. Descendens ih̄c de
monte. stetit in loco camp̄. Usq. merces ur̄a. multa in caelo.

Die sup̄ scrip̄. n̄ sc̄i fabiani. secā mth̄. cap̄. cclxiii. Dix̄ ih̄c discipulis suis. Vigilate.
quia nescitis. Usq. bona sua confiteatur eum.

Ebd̄. iiii. secā mth̄. cap̄. lxxviii. Ascendente ih̄c in nauiculā. secutus
eum discipuli eius. Usq. quia uenti & mare. oboediunt ei.

Fr̄. iiii. secā m̄. cap̄. lxxiiii. Loquente ih̄c ad turbas. Usq. in uniuersa trā illā.

Fr̄. vi. secā m̄. cap̄. xli. Dicebat ih̄c discipulis suis. Videte q̄d audiat. Usq.
discipulis suis dissecebat omnia.

Sabb̄ secā luc̄. cap̄. clxxviii. dicebat ih̄c parabolam intendens q̄m do primos
accubitus eligerent. Usq. beatus q̄ manducabit panem. in regno d̄i.

Die. xxi. mens̄ sup̄ scrip̄. passio scae agne. secā m̄. cap̄. cclxxviii. Dixit ih̄c discip
suis. parabolam hanc. Simile erit regnū celorū. x. uirginib. Usq.
Nescitis diem. neque horam.

Die. xxi. mens̄ sup̄ scrip̄. n̄ sc̄i uincenii. secā ioh̄. cap̄. ciiii. Dixit ih̄c discipu
lis suis. Nisi granū frum̄ti. Usq. honorificabit eū. pater m̄s.

Ebd̄. v. secā m̄. cap̄. cxxxvi. Dixit ih̄c discipulis suis parabolā hanc.

Simile est regnū caelorum homini qui seminavit bonū sem̄ in agro suo. Usq.
Congregate in horreum meum.

Item alia secū mar̄. cap. xlviij. Cum transcendisset ih̄c in nauim rursus trans fretum. Usq. uade in pace. & esto sana a plagatua.

Oie. xxviii. mens̄ sup̄ scrip̄. n̄ sc̄e agnae de natiuitate. secū m̄. cap. xli. parabola hanc. Simile est regnū celorū. thesauro abscondito in agro. Usq. noua & u

Fr̄. vi. secū mar̄. cap. xlvij. Uenit ih̄s trans fretum in regionem
Usq. & misertus est tui.

Sabb̄ secū luc̄. cap. lxvij. Ibat ih̄c in ciuitatem que uocatur naïm. Usq.
quia d̄s uisitauit plebem suam.

Mense febr̄. die ii. mens̄ sup̄ In purificatione sc̄e mariae.
secū luc̄. cap. iii. postquam impleti sunt dies purgationis mariae.
Usq. & gloriam plebi tuae israhel.

Oie. v. mens̄ sup̄ scrip̄. sc̄e agathae. secū m̄. cap. cclxviii. Simile erit
regnū celorū. x. uirginibus. Usq. nescitis diem neq. horam.

Oie. xiiii. mens̄ sup̄ scrip̄. n̄ sc̄e ualentini. secū luc̄. cap. xcvi. dix̄ ih̄c discipulis
suis. Siquis uult p̄ me uenire. Usq. donec uideant regnum d̄s.

Oie. xviii. mens̄ sup̄ scrip̄. cathedra sc̄i petri. secū math̄. cap. clxvi. Uenit
ih̄c in partes cesariae philipp̄. Usq. erit solutum in caelis.

Oie. xx. mens̄ sup̄ scrip̄. nat̄ sc̄i mathiae apti. secū luc̄. cap. cclxx. Facta
ē. c̄centio in t̄ discipulos xpi. Usq. duodecim tribus israhel.

Ebd̄. viii post ep̄ phan̄. secū luc̄. cap. lxxxvi. Conuocatis
ih̄c duo decim aptis. Usq. euangelizantes & curantes ubique.

Fr̄. iiii. secū math̄. cap. cliiii. Accesserunt ad ih̄m ab hierosolym̄ missi scribae.
Usq. si lotus manib. manducare. n̄ conquinat hominem.

Fr̄. vi. secū luō. cap. lxxxiii. facta est in una die et nocte. ascendens ih̄c in nauiculā.
Usq. praedicans quanta illi fecisset in iher̄s.

Sabb. secū m̄. cap. lxxii. Surgens ih̄c abiit in fines tyrr̄.
Usq. & demonium exisse ab ea.

Ebd. viii. secū m̄. cap. cxxxi. Dixit ih̄c discipulis suis. Simile est regnū
celorū hominū regi. q̄ fecit nuptias. Usq. pauci autem electi.

Ebd. x. secū m̄. cap. clvii. Egressus ih̄c secessit in partes tyrr̄ & sidon̄.
Usq. & sanata est filia illius ex illa hora.

Mense mart̄. die xii. nat̄ sc̄i greḡ. secū m̄. cap. cclxiii. Dixit
ih̄c discipulis suis. Vigilate. quia nescitis quā hora. Usq. c̄stitit & eum.

Oie xxv. m̄ sup̄ scrip̄. annuntiatio dñi. secū luō. cap. iii. Missus est angelus
gabriel ad dō. Usq. fiat mihi secūm uerbum tuum.

Incipiunt lectiōn̄. a septuaḡ. usq. in pascha

In septuagesima. die domin̄. ad sc̄m laurentium
secū m̄. cap. cc. dixit ih̄s discipulis suis. parabolam hanc. Simile ē. regnū celo
rū hom̄n̄ patri familias. q̄ exiit. Usq. pauci uero electi.

In sexagesima die dom̄ ad sc̄m paulū. secū luō. cap. lxxvi. Cum turba
plurima conueniret. Usq. & fructū afferunt in patientia.

In quinquaḡ die dom̄ ad sc̄m petrum. secū luō. cap. cxxii. Assumpsit
ih̄c duodecim discipulos suos. Usq. dedit laudem dō.

Fr̄. iiii. ad sc̄m sabina. secū m̄. cap. xlv. dixit ih̄c discipulis suis. Cū ieiunatis.
nolite fieri. Usq. ibi est & cor tuum.

Fr̄. v. ad sc̄m georgium. secū m̄. cap. lxiiii. Cū introisset ih̄c caphar
naum. Usq. & sanatus est puer. ex illa hora.

Fr̄. vi. in pamachi. secū m̄. cap. xl. Audistis quia dictū ē. diliges proximū.

tuum. Usq. quid et in abscondito reddet tibi.

In quadrag. die dom. ad lateranensem secunda m. cap. xv. Ductus est ihc in desertum aspid. Usq. accesserunt angeli. & ministrabant ei.

Fr. ii. ad sanctum petrum adiuncta secunda m. cap. cclxxiiij. Dixit ihc discipulis suis. Cum uenerit filius hominis. Usq. In uitam eternam.

Fr. iiii. ad sanctam anastasia. secunda m. cap. ccx. Cum introisset ihc hierosolymam. Usq. ibi docebat eos de regno dei.

Mense prim. fr. iiii. ad sanctum marium secunda math. cap. cxxvii. Accesserunt ad ihm pharisei & scribe. Usq. frater & soror et mater est.

Fr. v. ad sanctum laurum ad formosum. secunda m. cap. clvii. Egressus est ihc. secessit in partem tyri & sidonis. Usq. & sanata est filia eius. ex illa hora.

Fr. vi. ad aptos. secunda ioh. cap. xxxviii. Erat dies festus iudeorum. & ascendit ihc hierosolymam. Usq. qui fecit eum sanum.

Die sabb. xii. lecta ad sanctum petrum. secunda m. cap. clxxii. Assumpsit ihc petrum. & iacobum. & iohannem. Usq. a mortuis resurgat.

Die dominico. uacat secunda marci. cap. xciii. Profectus est ihc. pretergredebatur galileam. Usq. non prodeet mercedem suam.

Fr. ii. ad sanctum clementem. secunda ioh. cap. lxxxviii. Dixit ihc turbis iudeorum. Egredimini & quaerite me. Usq. facio semper.

Fr. iiii. ad sanctam balbinam. secunda m. cap. cxxvii. Locutus est ihc ad turbas. Usq. & qui se humiliat. exaltabitur.

Fr. iiii. ad sanctam ceciliam. secunda m. cap. cci. Ascendens ihc hierosolymam. Usq. redemptionem pro multis.

Fr. v. ad sanctam mariam transiberim. secunda luc. cap. cxvi. Dicebat ihc turbis iudeorum. Homo quidam erat diues. & induebatur purpura & bysso.

Usq. si quis ex mortuis resurrexerit. credent.

Fr. vi. ad aptos. secā m̄ cap. cxxviii. Dixit ih̄c discipulis suis. & turbis iudeorum. parabolam hanc. Homo erat pater familias. q̄ plantauit uinea. Usq. quō sicut prophetam. eum habebat.

Die sabb. ad scōs marcellinū & petrum. secā lucē cap. cxc. Dixit ih̄c discipulis suis parabolam hanc. Homo q̄dam habuit duos filios. & dixit adolescenti. Usq. perierat & inuentus est.

Ebd. iiii. ad sc̄m laurentē secā lucē cap. cxxvi. Erat ih̄s sciens demonium. Usq. beati q̄ audiunt uerbum dī. & custodiunt illud.

Fr. ii. ad sc̄m marcū. secā lucē cap. xx. Dixerunt pharisaei ad ih̄m. Q̄nta xudium? facta in capharnaum. Usq. p̄ medium illorum ibat.

Fr. iiii. ad sc̄m potentianā. secā m̄ cap. clxxxiii. Respicens ih̄c discipulos suos. dixit symoni petro. Usq. septuagies septies.

Fr. iiii. ad sc̄m s̄xtum. secā m̄ cap. cliiii. Accesserunt ad ih̄m ab hierosolymis scribae. Usq. non inquinat hominem.

Fr. v. ad scōs cosmā & damianū. secā lucē cap. xxvi. Surgens ih̄c de synagoga. Usq. In synagogis galileae.

Fr. vi. ad sc̄m laurē. in titulo lucinae. secā ioh̄ cap. xxxiii. Venit ih̄c in ciuitatem samaris. quae dicit̄ s̄rchar. Usq. quia hic: uere saluator

Sabb. ad sc̄m susannam. secā ioh̄ cap. lxxxvi. Perrexit ih̄c in montē oliueti. Usq. uade & amplius iam noli peccare.

Ebd. iiii. die dom̄e in luxurio. secā ioh̄ cap. xlvi. Abiit ih̄c trans mare galileae. Usq. quenturus est in mundum.

Fr. ii. ad scōs quattuor coronatos. secā ioh̄ cap. xx. Prope erat pascha iudeorum. Usq. quid esset in homine.

- F** r̄. iiii. in titulo damasi. sec̄d̄ ioh̄ cap̄. lxxv. In die festo medianto. ascendit
Usq. multq. crediderunt in eum.
- F** r̄. iiii. ad s̄m̄ paulum. sec̄d̄ ioh̄ cap̄. lxxxviii. Praeteriens ih̄c̄. uidit hominē
caecum ananiam. Usq. & prociens adorauit eum.
- F** r̄. v. ad s̄m̄ siluestrum. sec̄d̄ luc̄ cap̄. lxvij. Ibat ih̄c̄ in ciuitate quae uocat̄
naum. Usq. & quia d̄s̄ uisitauit plebem suam.
- F** r̄. vi. ad s̄m̄ eusebium. sec̄d̄ ioh̄ cap̄. xciiii. Erat q̄dam languens lazarus
abethania. Usq. & crediderunt in eum.
- S** abb. ad s̄m̄ laur̄ mart̄yr̄. sec̄d̄ ioh̄ cap̄. lxxxvi. Dicebat ih̄c̄ turb̄ iudeo
rum. Ego sum lux mundi. Usq. quia non dū uenerat hora eius.
- Ebd̄. v.** die dom̄e ad s̄m̄ petrum. sec̄d̄ ioh̄ cap̄. lxxxviii. Dicebat ih̄c̄
turb̄ iudeorū. & principib. sacerdotum. Quis ex uobis arguit me de pecca
to. Usq. ih̄c̄ autem abscondit se. & exiit de templo.
- F** r̄. ii. ad s̄m̄ chrisogonū. sec̄d̄ ioh̄ cap̄. lxxviii. Miserunt principes &
pharis̄ei. Usq. credentes in eum.
- F** r̄. iiii. ad s̄m̄ quiriacum. sec̄d̄ ioh̄ cap̄. lxxv. Ambulabat ih̄c̄ in galilea.
Usq. propter metum iudeorum.
- F** r̄. iiii. ad s̄m̄ marcellum. sec̄d̄ ioh̄ cap̄. xcii. Facta sunt encenia in hie
rosolymis. Usq. quia in me est pater. & ego in patre.
- F** r̄. v. ad s̄m̄ appollinarem. sec̄d̄ luc̄ cap̄. lxxiiii. Rogabat ih̄m̄ q̄dam
pharis̄eus. Usq. quō dilexit multum.
- F** r̄. vi. ad s̄m̄ stephanū. sec̄d̄ ioh̄ cap̄. xciiii. Collegerunt pontifices &
pharis̄ei conciliū. Usq. cum discipulis suis.
- S** abb. dat̄ firm̄tū in c̄sistorio lateranense. sec̄d̄ ioh̄ cap̄. cl iij. Subleuatis
ih̄c̄ oculis in celum. Usq. & ego in ipsis.

Ebd. vi die dome. ad later. legitur passio dñi. secđ m̄ cap. cclxxiiii.
Dixit iñc discipulis suis. Scitis quia post biduum paschafic. Usq. signantes
lapidem cum custodibus.

F r̄. ii. ad scōs nereum. & achilleum. secđ ioh cap. xcviij. Ante sex dies pasche.
uenit ihs bethaniam. Usq. & abscondit se ab eis.

F r̄. iiii. ad scām priscam. secđ ioh cap. cxviii. Am̄ am̄ dico uobis. n̄ est ser-
uus maior domino suo. Usq. & continuo clarificabit eum.

F r̄. iiii. ad scām mariā legitur passio dñi. secđ luc cap. cclx. Appropin-
quabat dies festus azimorū. Usq. positus fuerat.

F r̄. v. ad lateranis conficit̄ chrisma. secđ ioh cap. cxii. Ante diem fes-
tum paschae. Usq. ita & uos faciatis.

F r̄. vi. quod est in suxurio in basilica hierusalem. legitur passio dñi
secđ ioh cap. clvi. Egressus: iñc trans torrentem cedron. Usq.
quia iuxta erat monumentum. posuerunt iñm.

S abbo scō ad later. secđ m̄ cap. cclij. Uesperesabbati que lucefite
Usq. ecedixi uobis.

I N PASCHA DOM̄. S̄C̄A AD SCĀM MARIAM MAIOR̄
secđ mar̄ cap. ccxxx. Maria magdalena. Usq. sicut dixit uobis.

F r̄. ii. ad sem̄ petrum. secđ luc cap. ccxxxviii. Duo ex discipulis iñu ibant
ipsa die in castellū. Usq. in fractione panis.

F r̄. iiii. ad sem̄ paulum. secđ luc cap. ccxli. Stetit iñc in medio discipu-
lorum suorum. Usq. In omnes gentes.

F r̄. iiii. ad sem̄ laur̄. secđ ioh cap. ccxviii. Manifestauit se iterum ihs.
ad mare tyberiadis. Usq. cū resurrexisset a mortuis.

F r̄. v. ad aptos. secđ ioh cap. ccxi. Maria stabat ad monium ontū foris.

Usq. quia uidi dnm. & haec dixit mihi.

Fr. vi. ad scam maria admar. secdm mt cap. cclv. Undecim discipuli abier
in galileam. Usq. ad consumationem saeculi.

Sabb ad later. secd ioh cap. ccxiii. Cum esset sero die illo una sabbato ru.
Usq. retinuerunt. retenta sunt.

Item. secd ioh cap. ccviii. Una sabbati maria magdalena. uenit
Usq. a mortuis resurgere.

Die dom. octo pasch secd ioh cap. ccxvi. Thomas unus de duodeci
quid dicit didimus. Usq. utram habetis in nomine eius.

Mense apr. die. xiiii. nat scortyburris. ualerian. &
maximi. secd ioh cap. cxxxiii. Dixit ihc discipulis suis. Hoc e praecptu
meu. ut diligatis in uice. Usq. In nomine meo. det uobis.

In pascha annotina. secd ioh cap. xxiiii. Erat homo ex pharisaeis no
mine nichodemus. Usq. sed habeat utram aeternam.

Die. xxiii. m sup scrip. nt sci georgii m. secd luc cap. celi. Dixit ihc
discipulis suis. Pontee ergo in cordibus uris. Usq. animas uras.

Die. xxviii. m sup scrip. nt sci uttalii. secd ioh cap. cxxxii. Dixit ihc discip
suis. Ego sum utra uera. Usq. uolueritis petere. & fiet uobis.

Ebd. ii. ad scoscosma & damianu. secd ioh cap. lxxxviii.
Dixit ihc discipulis suis. Ego sum pastor bonus. Usq. & un. pastor.

Mens. mai. nat aptorum philippi & iacobi. secd
ioh cap. cxxvii. Dixit ihc discipulis suis. Non turbetur cor urm.
Usq. In nomine meo. hoc faciam.

Die. iii. nt scoru alexandri. euerri. & theodoli. secd ioh cap. cxxxviii.
Dixit ihc discipulis suis. Haec mando uobis. Usq. quod erit me gratis.

F r̄. vi. secū ioh̄ cap̄. cxī. Dixit ih̄c discip̄tis suis. Qui crēdit in me. Usq̄. sic loquor.

Ebd̄. iiii. secū ioh̄ cap̄. cxlviii. Dixit ih̄c discip̄tis suis. Modicū & iam non uidebitis me. Usq̄. memotollet a uobis.

O ie. x. m̄ sup̄ scrip̄. n̄t̄ s̄c̄i gordiani. secū m̄t̄ cap̄. xc̄v. Dixit ih̄s discip̄tis suis. Nolite arbitrarī. Usq̄. si p̄det mercedem suam.

O ie. xij. m̄ sup̄ scrip̄. n̄t̄ s̄c̄i nerei. achillei. & pancrati. secū m̄t̄ cap̄. clxxxviii. Accesser̄ ad iūm pharisei temptantes eum. & dicentes. Usq̄. sed quibus datum est.

O ie. sup̄ scrip̄. n̄t̄ s̄c̄i pancrati. secū ioh̄ cap̄. cxxxviii. Haec mando uob̄ ut diligatis in uicem. Usq̄. quia oderunt me gratis.

Ebd̄. iiii. secū ioh̄ cap̄. cxlvii. Dixit ih̄c discip̄tis suis. Vado ad eum q̄ misit me. Usq̄. & annuntiabit uobis.

F r̄. iiii. secū ioh̄ cap̄. xxiiii. Abiit ih̄c cū discip̄tis suis in iudeam terram.

Ebd̄. v. secū ioh̄ cap̄. cl. Dixit ih̄c discip̄tis suis. Amen amen dico uobis. siquid petieritis. Usq̄. quia a d̄o ex istsi.

I mpletania maiore. secū luc̄ cap̄. cxxiiii. Dixit ih̄c discip̄tis suis. Quis ur̄m habebit amicū. Usq̄. petentibus se.

I n uigta ascens̄ xp̄i. secū ioh̄ cap̄. cliii. Subleuatis ih̄s oculis in celū. dix̄. p̄t̄ uenit hora. Usq̄. & ego ad te uenio.

I n ascens̄ d̄ni. secū m̄t̄ cap̄. cxxxv. Recumbentib̄. undecim discipulis. Usq̄. sequentibus signis.

Ebd̄. vi. secū ioh̄ cap̄. cxlv. Dixit ih̄c discip̄tis suis. Cū uenerit p̄t̄ r̄cl̄ytus. Usq̄. quia ego dixi uobis.

F r̄. iiii. secū ioh̄ cap̄. cxxxiii. Dixit ih̄c discip̄tis suis. Si mansertus in me. Usq̄. & gaudium ur̄m. impleatur.

F r̄. vi. secūm luc̄ cap̄. cccxli. Dixit ih̄c discipulis suis. Vos estis testes mei. dicit dñs.
Usq. benedicentes dñm. amen.

Sabb̄ in uigilia pentec̄. secūm ioh̄ cap̄. cxxviii. Dixit ih̄c discipulis suis. Si diligitis me
mandata mea seruate. Usq. & manifestabo et. me ipsum.

Die dominico. pentecosten. secūm ioh̄ Dixit ih̄c discipulis
suis. Siquis diligit me. Usq. dedit mihi pater. sic facio

F r̄. ii. ad uincta. secūm ioh̄ cap̄. xxiiii. Dixit ih̄c discipulis suis. Sic enim dilexit dñs
mundum. Usq. opera eius quia in dō sunt facta.

F r̄. iii. ad sc̄m anastasiā. secūm ioh̄ cap̄. lxxxviii. Dixit ih̄c discipulis suis. Amen
am̄ dico uob. q̄m̄ intrat postuū. Usq. & abundantius habeat.

F r̄. iiii. ad sc̄m mariā. secūm ioh̄ cap̄. lx. Dixit ih̄c discipulis suis. Nemo potest ue
nire ad me. Usq. pro mundi uita.

F r̄. vi. ad aptos. secūm luc̄ cap̄. xxxvi. Factum est in una dierum. & ih̄c
Usq. quia uidimus mirabilia hodie.

Sabb̄ in xii lect̄. ad sc̄m petrum. secūm m̄ cap̄. ccv. Egrediente ih̄c ab hiericho.
Usq. & secuti sunt eum.

I noct̄ pentec̄. secūm ioh̄ cap̄. xxiiii. Erat homo ex phariseis nomine nicho
demus. Usq. sed habeat uitam aeternam.

F r̄. iiii. secūm luc̄ cap̄. xciii. Accesserunt discipuli ad ih̄m. Usq. & saturati sunt.

F r̄. vi. secūm luc̄ cap̄. clxxxvi. Erant appropinquantes ad ih̄m publican̄ & pecca
tores. Usq. paenitentiam agente.

Sabb̄. secūm luc̄ cap̄. lxxxv. Venit ad ih̄m uir. cui nomen iairus. Usque
tes saluam fecit. uade in pace.

Mense iun̄. die. ii. nat̄ sc̄orum marcellini & petri.
uitalauicani. secūm luc̄ cap̄. cclviii. Dixit ih̄c discipulis suis. Cū audieritis

proelia & seditiones. Usq. possidebitis animas uras.

Die. viii. nat̄ scōrū primi & feliciani. sec̄d̄ ioh̄ cap̄. cxxxiiii. Hoc est praecep-
tū meum. Usq. in nomine meo det uobis.

Die. xii. m̄ sup̄ scrip̄. nat̄ scōrū basilidis. cyrini. naboris. & nazarii. sec̄d̄m
m̄ cap̄. ccliii. Sedente ih̄u sup̄ montem oliueti. Usq. hic saluus erit.

Aduentus s̄c̄i utiq̄ m̄. sec̄d̄ m̄ cap̄. clxx. Dixit ih̄e discipulis suis. Siquis uult
post me uenire. Usq. uenientem in regno suo.

In nat̄ s̄c̄i utiq̄ m̄. sec̄d̄m ioh̄. cap̄. ciiii. A m̄ a m̄ dico uobis. nisi granum fru-
menti. caedat in terrā. Usq. honorificabit eum. pater meus.

Die. xviii. m̄ sup̄ scrip̄. nat̄ scōrū marci & marcelliani. sec̄d̄ m̄ cap̄. cxxxviii.
Uideat. ne quis uos seducat. Usq. hic saluus erit.

Die. m̄ sup̄ scrip̄. nat̄ s̄c̄i albanī m̄. sec̄d̄ luc̄ cap̄. clxxxii. Dixit ih̄e discipulis
suis. Siquis uenit ad me. Usq. si potest m̄ eē discipulus.

Die. xviii. m̄ sup̄ scrip̄. nat̄ scōrū geruasii & protasii. ad s̄c̄m uitalem. sec̄d̄
m̄ cap̄. cxxxvii. E grediente ih̄u de templo. Usq. hic saluus erit.

Ebd̄. iiii. sec̄d̄ luc̄ cap̄. lv. Dixit ih̄e discipulis suis. Estote misericor-
des. Usq. ut educaas foveam. de oculo fr̄is tui.

Die. xxiii. m̄ sup̄ scrip̄. uiḡt̄ s̄c̄i ioh̄ bapt̄. sec̄d̄ luc̄ cap̄. i. Fuit in dieb. herodis
regis iudee. Usq. parare d̄no. plebem p̄fectam.

Die. xxiiii. m̄ sup̄ scrip̄. nat̄ s̄c̄i ioh̄ bapt̄. sec̄d̄ luc̄ cap̄. iii. Elisabeth implecū
tempus parienti. Usq. redemptionem plebi suae.

Die. xxvi. m̄ sup̄ scrip̄. nat̄ scōrū ioh̄ & pauli. sec̄d̄ luc̄ cap̄. cxliiii. Dixit ih̄e
discipulis suis. Accendite a fer̄ m̄to pharis. Usq. qui in celis est.

Ebd̄. v. post p̄ sec̄d̄ luc̄ cap̄. xxviiii. Cum turbe irruerent in iesū.
Usq. uelictis omnibus. secuti sunt eum.

I nocte ap[osto]lorū. sec[un]d[um] marc[um] cap[itu]l[um] lxxv. Iussit ih[esu]s discipulos suos ascendere in nauic[am].
Usq[ue] & quere filius d[omi]ni es.

Fr[ater] vi. sec[un]d[um] mat[thae] cap[itu]l[um].

Oie xxviii. uigil[ia] ap[osto]lorū petri & pauli. sec[un]d[um] ioh[annem] cap[itu]l[um] cxxvii. Dicit ih[esu]s petro. Sy-
mon iohann[is] diligis me. Usq[ue] clarificaturus eet d[omi]n[us].

Oie xxviiii. m[en]s[is] sup[er] scrip[ta]. nat[ivitas] sc[ilicet] sc[ilicet] petri ap[osto]li. sec[un]d[um] mat[thae] cap[itu]l[um] clxxvi. Venit ih[esu]s in par-
tes caesarie philippi. Usq[ue] erit solutum in caelis.

Oie xxx. m[en]s[is] sup[er] scrip[ta]. nat[ivitas] sc[ilicet] pauli ap[osto]li. sec[un]d[um] mat[thae] cap[itu]l[um] cxcv. Dixit symon petrus
ad ih[esu]m. Ecce nos reliquimus om[n]ia. Usq[ue] & uitā et[er]nā possidebit.

Ebd[em] die. i. p[ro]phetia nat[ivitas] sec[un]d[um] mat[thae] cap[itu]l[um] xxxv. Dixit ih[esu]s discipulis suis. Amen dico uobis.
Nisi abundauerit iustitia u[est]ra. Usq[ue] offeret munus tuum.

Fr[ater] iiii. sec[un]d[um] mat[thae] cap[itu]l[um] c vii. Cum egressus eet ih[esu]s in uia. Usq[ue] ueni sequere me.

Mense. iiii. die. ii. mensis iulii. p[ro]cessi & mastianiani. sec[un]d[um] mat[thae] cap[itu]l[um] cxliii. Sedente ih[esu] sup[er] montem oliueti. Usq[ue] hic saluus erit.

I nocte ap[osto]lorū. sec[un]d[um] mat[thae] cap[itu]l[um] cxlviii. Iussit ih[esu]s discipulos suos ascendere in nauic[am].
Usq[ue] uere filius d[omi]ni es.

Ebd[em] die. ii. post nat[ivitas] ap[osto]lorū. sec[un]d[um] mat[thae] cap[itu]l[um] lxxvi. Cum turba multa esset
cum ih[esu]. Usq[ue] & dimisit eos.

Fr[ater] vi. sec[un]d[um] luc[am] cap[itu]l[um] xcvi. Descendente ih[esu] demonte. Usq[ue] & reddidit illum m[ater]i.

Oie x. m[en]s[is] sup[er] scrip[ta]. nat[ivitas] septem fratrum. sec[un]d[um] mat[thae] cap[itu]l[um] xxiiii. Videns ih[esu] turbas.
ascendit in montem. Usq[ue] copiosa est in caelis.

Prima missa ad aq[ui]lonem. Secunda ad sc[ilicet] alexandrum. sec[un]d[um] luc[am] cap[itu]l[um] cxxxiii.
Dixit ih[esu]s discipulis suis. Nemo accendit lucernā. Usq[ue] illumina bit te.

Item ad sc[ilicet] felicitatem. sec[un]d[um] mat[thae] cap[itu]l[um] cxxx. Loquente ih[esu] ad turbas. ecce
mater eius. Usq[ue] soror & mater est.

Ebd. iiii secā m̄ cap. lvi. Dixit ih̄c discipulis suis. Attendite a falsis prophetis. qui ueniunt ad uos. Usq. intrabit in regnum caelorum. Ih̄c.

F r̄. iiii. secā luc cap. lxxxiii. Cum egressus eēt ih̄c denaui. Usq. q̄nta illi fecisset. **O** ie. xxi. m̄ iut̄ n̄ sc̄s praedidit. secā m̄ cap. cl. Dixit ih̄c discipulis suis. parab hanc. Simile ē. regnū caelorū. thesauro. Usq. noua & uetera.

O ie. xxiii. m̄ iut̄ n̄ sc̄i appolinaris m̄r. secā luc cap. clxx. Facta ē. contentio inter discipulos xp̄i. Usq. duodecim tribus isrl̄t

O ie. xxviii. n̄ sc̄orū felix pape. simplici. faustini. & beatrix. secā luc cap. clviii. Dixit ih̄c discipulis suis. Sint lumbi ur̄i praecincti. & lucernae. Usq. filius hominis ueniet.

O ie. xxx. m̄ iut̄ n̄ sc̄orū abdo & sennes m̄r. secā ioh̄ cap. cxxxiii. Hoc est praecceptū meum. Usq. quia oderunt me gratias.

Ebd. iiii secā luc cap. cxc. Dixit ih̄c discipulis suis. parabolam hanc. Homo q̄dam erat diues q̄ habebat uiliū. Usq. in aet̄na tabernacula.

F r̄. iiii. secā m̄ cap. cxlvii. Vespere autem facto. Usq. v. milia hominū. s̄i petri aduincta.

secā m̄ cap. clxvi. Venit ih̄c in partes cesariae philippi. Usq. erit solutū

E odem die. n̄ sc̄i iustini m̄r. secā m̄ cap. clxx. Dixit ih̄c discipulis I In celis. Siquis uult post me uenire. Usq. uenientem in regno suo.

O ie. ii. nat̄ sc̄i stephani ep̄i. secā luc cap. cxxxviii. Dixit ^{ih̄c} discipulis suis. parabolā hanc. Homo q̄dā nobilis. Usq. auferetur ab eo.

O ie. v. m̄ auḡ. n̄ sc̄i syxti ep̄i. felicissimi. agapiti. atq. ianuarii. secā m̄ cap. lxxxvi. Dixit ih̄c discipulis suis. Ecce ego mitto uos. Usq. hic saluus erit.

Ebd. v secā luc cap. cxxi. Beati oculi. Usq. uade & tu fac similiter.

O ie. viii. m̄ auḡ. n̄ sc̄i cyriaci m̄r. secā m̄ cap. xcii. Dixit ih̄c discipulis suis.

- Nihil optum quod non reuolatur. Usque coram patre meo qui est in caelis.
- D**ie .viii. m̄ aug. uigil. sci laurentii. secundum mattheum cap. clxx. Dixit ih̄c discipulis suis. Siquis uult post me uenire. Usque uenientem in regno suo.
- D**ie .x. n̄ sci laur. ad primam missam. secundum iohannem cap. ciiii. Dixit ih̄c discipulis suis. Nisi granum frumenti. Usque pater meus.
- D**ie .xi. m̄ aug. n̄ sci tyburii. secundum iohannem cap. cxxxiiii. Dixit ih̄c discipulis suis. Hoc est praeceptum meum. Usque in nomine meo det uobis.
- E**bd̄ .vi. secundum lucam cap. ccxiiii. Dixit ih̄s ad quosdam qui in se confidunt. Usque exaltabitur.
- D**ie .xiii. m̄ aug. n̄ sci yppoliti. secundum lucam cap. cxliiii. Dixit ih̄c discipulis suis. Attendite a fermento pharisaeorum. Usque coram angelis dei.
- D**ie .xiiii. m̄ aug. n̄ sci eusebii. secundum mattheum cap. cclxiii. Dixit ih̄c discipulis suis. Vigilate. quia nescitis. Usque bona sua confituet eum.
- D**ie .xv. m̄ aug. sollempnia de pausatione sanctae mariae. secundum lucam cap. cxxii. Intravit ih̄s in quoddam castellum. Usque non auferetur ab ea.
- D**ie .xiii. m̄ aug. n̄ sci agapiti. secundum lucam cap. cliiii. Dixit ih̄c discipulis suis. Sicut lumbi uos praeparate. Usque filius hominis ueniet.
- E**bd̄ .vii. secundum mattheum cap. lxxiiii. Exiens ih̄c de finibus tyri. uenit p̄sidonem. Usque & surdos fecit audire. et mutos loqui.
- F**r̄ .iiii. secundum lucam cap. clxviii. Dum iret ih̄c per ciuitates & castella. Usque & accumbent in regno dei.
- D**ie .xxii. m̄ aug. n̄ sci tymothei ad beatum paulum apostolum. secundum lucam cap. clxxxii. Dixit ih̄c discipulis suis. Siquis uenit ad me. Usque discipulus est.
- D**ie .xxviii. m̄ aug. n̄ sci hermetis. secundum lucam cap. xlv. Descendens ih̄c de monte. stetit in loco campum. Usque copiosa est in caelis.
- D**ie .xxviii. m̄ aug. n̄ scilicet sabinae. secundum mattheum cap. cxli. Dixit ih̄c discipulis suis.

parabolam hanc. Simile est regnum caelorum thesauro abscondito.

Usq. q̄ profest de thesauro suo. noua & uetera.

Oie. xxx. m̄ aug. de cōt̄ sc̄i iohann̄. bapt̄. sec̄d̄ m̄. cap̄. l. viii. Misit herodes ac
tenuit iohannem. Usq. & posuer̄ illud in monumento.

Oie. xxx. m̄ aug. nact̄ sc̄orū felici & auct̄ acti. m̄. sec̄d̄ m̄. cap̄. cc. xlii. Seden
te ih̄sup montem oliueti. Usq. in finem hic saluus erit.

Ebd̄. viii. sec̄d̄ m̄. luc̄. cap̄. cl. xxxi. Dixit ih̄c̄ discip̄tis suis. similitudinem
hanc. t̄ homo q̄dam fecit cenā magnā. Usq. gustabit cenā meam.

Ebd̄. viii. sec̄d̄ m̄. luc̄. cap̄. cci. Dumiret ih̄c̄ in hierusalem. transiebat p̄ meā
Usq. quia fides tua te saluum fecit.

Fr̄. iiii. sec̄d̄ m̄. cap̄. cxx. Introiit ih̄c̄ hierosolym̄ in templum.
Usq. mirabantur in doctrina eius.

Mense sept̄. die viii. mens̄ sept̄. natiuit̄ sc̄ae marie. sec̄d̄ luc̄.
cap̄. iii. Exurgens maria. Usq. in dō salutarī meo.

Oie. sup̄ scrip̄. n̄ sc̄i adriani. sec̄d̄ ioh̄. cap̄. cxxxi. Dixit ih̄c̄ discip̄tis suis. Ego sū
uita uera. Usq. Et gaudium ur̄m impleatur.

Oie. xi. m̄ sup̄ scrip̄. n̄ sc̄orū prot̄i & iac̄nti m̄. sec̄d̄ m̄. cap̄. l. xxxviii.
Dixit ih̄c̄ discip̄tis suis. Cū p̄sequentur uos in ciuitate ista. Usq. q̄ ÷ in celis.

Ebd̄. x. sec̄d̄ m̄. cap̄. xl. viii. Dixit ih̄c̄ discip̄tis suis. Nemo potest duob.
dominis seruire. Usq. & haec omnia adicientur uobis.

Fr̄. iiii. sec̄d̄ m̄. cap̄. xl. dixit ih̄c̄ discip̄tis suis. Audistis q̄ dictū est diliges
proximū tuum. Usq. q̄ uidet in abscondito. reddet tibi.

Oie. xiiii. m̄ sup̄ scrip̄. n̄ sc̄orū. corneli & cypriani m̄. sec̄d̄ luc̄. cap̄. cxi.
Dicebat ih̄c̄ turb̄ iudeorum. & principib. sacerdotū. Ux uobis. q̄ ædifi
catis monumenta prophetarū. Usq. ut accusarent eum.

Oie. sup̄ scrip̄. exaltatio sc̄ae crucis. sec̄d̄ ioh̄ cap̄. xxiiii. Erat homo ex pharisaeis
nomine nichodemus. Usq. sed habeat uitam aeternam.

Ebd̄ xi sec̄d̄ luc̄ cap̄. lxvii. Ibat ih̄c in ciuitatem quae uocat̄ naim.
Usq. & qui adfuisit aut plebem suam.

In uigilia sc̄i mathaei apti. sec̄d̄ luc̄ cap̄. xxxviii. Vidit ih̄c publicanū nom̄ne
leui. Usq. p̄ueni uocare iustos. sed peccatores in paenitentia.

Oie. sup̄ scrip̄. n̄t̄ sc̄i mathaei apti. sec̄d̄ m̄t̄ cap̄. lxxi. Vidit ^{ih̄c} hominē sedentem
in teloneo m̄t̄ nom̄ne. Usq. sed peccatores.

Oie. m̄ sup̄ scrip̄. n̄t̄ sc̄i nicomedis. sec̄d̄ luc̄ cap̄. xcvi. Dixit ih̄c discip̄t̄ suis.
Siquis uult p̄. me uenire. Usq. uenientem in regno suo.

Oie. xvi. m̄ sup̄ scrip̄. n̄t̄ sc̄ae eufemiae. sec̄d̄ m̄t̄ cap̄. cxi. Dixit ih̄c discip̄t̄ suis.
Simile ē. regnū celorū thesauro. Usq. noua & uetera.

In dedic̄ basilic̄e sc̄i stephan̄. sec̄d̄ luc̄ cap̄. lx. Dixit ih̄c discip̄t̄ suis. Non ē.
enim arbor bona. Usq. supra petram.

Ebd̄ xii sec̄d̄ luc̄ cap̄. clxxvi. Cum intraret ih̄c in domū cuiusdā princ̄.
Usq. & qui se humiliat. exaltabitur.

Fr̄. iiii. m̄ sept̄b. ad sc̄am mariā maiorem. sec̄d̄ m̄t̄ cap̄. xci. Respondens
unus de turba dixit. Usq. nisi in oratione & ieiunio.

Fr̄. vi. ad aptos. sec̄d̄ luc̄ cap̄. xxxvi. Sedebat ih̄c docens. & erant pharisaei.
Usq. quia uidimus mirabilia hodie.

Sab̄b̄ ad sc̄m petrum. in x̄u lect̄. sec̄d̄ luc̄ cap̄. clxiiii. Arborem figi. habe
bat q̄dā plantatam. Usq. quae gloriose fiebant ab eo.

Ebd̄ xiii sec̄d̄ m̄t̄ cap̄. cxxiii. Accedentes ad ih̄m saducei. Usq. in doctrinae.

Fr̄. iiii. sec̄d̄ m̄t̄ cap̄. cxxxi. Interrogauit ih̄m unus de scribis.
Usq. non es longe a regno di.

Fri. vi. secū m̄ cap. cxxxvi. Dixit ih̄c discipulis suis. parabolam hanc. Simile factū ē.
regnum celorū homini q̄ seminavit bonū semen. Usq. in horreum meum.

In vigilia sc̄i mathaei apti. secū luc̄ cap. xxxviii. Vidit ih̄c publicanū nomine
lxiii. Usq. sed peccatores in penitentiam.

Oie. xxi. n̄ sc̄i mathaei apti. secū m̄ cap. lxxi. Cū transiret inde ih̄c. vidit
hominem sedentem. Usq. sed peccatores.

Oie. xxvii. m̄ sup̄ scrip̄. n̄ sc̄orū cosme & damian̄. secū ioh̄ cap. cxxxviii. Dixit
ih̄c discipulis suis. Haec mando vobis. ut diligatis inuicem. Usq. quia
odio habuerunt me gratis.

Oie. xxviii. m̄ sept̄. Dedicat̄ aedificae archanḡti michabelis. secū m̄ cap.
clxxviii. Accesserunt discipuli ad ih̄m. Usq. qui in caelis est.

Ebet̄ xiiii. secū m̄ cap. lxx. Ascendens ih̄c in nauiculā. transfretauit.
Usq. qui dedit potestatem talem. hominibus.

Mense oct̄. die vii. **Nat̄ sc̄i marci** secū m̄ cap. clxxviii.
Dixit ih̄c discipulis suis. parabolam hanc. Homo q̄dam peregre p̄ficiscens.
Usq. Intra in gaudium dominici.

Oie. xiiii. m̄ oct̄. n̄ sc̄i calisti papae. secū m̄ cap. clxxiii. Dixit ih̄c discipulis suis.
Vigilate. quia nescitis. Usq. sup̄ om̄ia bona sua. confituet eum.

Oie. xviii. m̄ oct̄. n̄ sc̄i luc̄e euanḡt. secū luc̄ cap. cvii. Designauit dñs &
alios lxxii. Usq. dignus ē. operarius mercede sua.

Die xviii. mense oct̄. **Nat̄ sc̄i luc̄e** secū m̄ cap. xxiiii.
Videns ih̄c turbas. ascendit in montē. Usq. copiosa est in caelis.

Oie. viii. m̄ oct̄. n̄ iiii coronatorū. secū luc̄ cap. xlv. Descendens ih̄c demon
te. fiet in loco camp̄. Usq. multa in caelo.

Oie. viii. m̄ noū. n̄ sc̄i theodori. secū luc̄ cap. ccli. Dixit ih̄c discipulis suis. Ponite

ergo in cordibus uris. Usq. possidebitis animas uras.

Ebd. xv secū m̄ cap. clxxxviii. Dixit ih̄c discipulis suis parabolam hanc. Simile ē regnū celorū homīnū regī. q̄ uoluit rationem ponere. Usq. de cordibus uris.

Oie. xi. m̄ nou. n̄ sc̄i maffi ep̄i. secū luc̄ cap. clviii. Dixit ih̄c discipulis suis. Sint lumbi ur̄i praecincti. Usq. filius hominis ueni &.

Ebd. xvi secū m̄ cap. cxxxiii. Ab euntibus pharisaei. consilium inierunt. Usq. & quae sunt di dō.

Oie. xxii. m̄ nou. n̄ sc̄ae ceciliae. secū m̄ cap. clxviii. Dixit ih̄c discipulis suis parabolam hanc. Simile erit regnū celorū. x. uirginib. Usq. nescitis diem neq. horam.

Oie. xxiiii. m̄ nou. n̄ sc̄i dementis ep̄i. secū m̄ cap. clxviii. Et om̄ q̄dā peregre proficiscens. Usq. in gaudium domini sui.

Oie. xxiiii. m̄ nou. n̄ sc̄i chrisogoni. secū ioh̄ cap. cxxxviii. Et haec mando uob. ut diligatis in uicem. Usq. quia oderunt me gratis.

Ebd. xvii secū m̄ cap. lxxiiii. Loquente ih̄u ad turbas. ecce princeps unus accessit. Usq. & salua facta ē. mulier. ex illa hora.

Oie. xxviii. m̄ nou. n̄ sc̄i s̄c̄i saturnini & chrisant̄. secū m̄ cap. cxxxviii. Dixit ih̄c discipulis suis. Videte. ne quis uos seducat. Usq. hic saluus erit.

Vigta sc̄i andree. secū ioh̄ cap. xvi. Stabat iohannes. & ex discipulis eius duo. Usq. descendentes supra filium hominis.

Oie. xxx. m̄ nou. n̄ sc̄i andreae. secū m̄ cap. xx. Ambulasti ih̄c iuxta mare galilee. Usq. secuti sunt eum.

Ebd. xviii secū m̄ cap. cxxxvi. Dixit ih̄c discipulis suis parabolam hanc. Simile factum est regnū celorū. homīnū q̄ seminauit bonū semen in agro suo. Usq. congregate in horreū meum.

Oie. xiii. m̄ dec. n̄ sc̄i luciae. secū m̄ cap. cxi. Dixit ih̄c discipulis suis parabolam

hanc. Similo. ē. regnū celorū thesauro. Usq. noua & uetera.

F r. iiii. secū m̄ cap. lxxviii. Dixit ih̄c discipulis suis. Videte et caueo a sermōe phariseorum. Usq. & misit illum in domū suā.

Ebd. xiiii. secū ioh̄ cap. xlviij. Cum subleuasset ergo oculos ih̄c. Usq. quenturus est in mundum.

Ebd. iiii. ante uenit secū m̄ cap. ccvi. Cum appropinquassent hierosolymis. & uenissent bethfage. Usq. quente in nomine dñi.

Ebd. iiii. secū luc̄ cap. ccvii. Dixit ih̄c discipulis suis. Erunt signa in sole & luna & stellis. Usq. uerba autem mea s̄ transibunt.

Ebd. ii. secū m̄ cap. cii. Cum audisset iohannes in uinctis operaxpi. Usq. qui praeparabit uiam tuam. ante te.

Ebd. i. ante n̄t xpi. secū ioh̄ cap. viii. Miserunt iudaei ab hierosolymis sacerdotes & leuitas ad ioh̄. Usq. ubi erat iohannes baptizans.

F r. iiii. ad sc̄m mariam secū luc̄ cap. iiii. Missus ē. angelus gabriel ad d̄o. Usq. fiat mihi secūm uerbum tuum.

F r. vi. ad aptos. secūm luc̄ cap. iiii. Exurgens maria. abiit in montana cum festinatione. Usq. In d̄o salutaris meo.

S ab̄ ad sc̄m petrum. in xii lect. secū luc̄ cap. vi. Anno quinto decimo imperit tyberius cesaris. Usq. & uidebit om̄is caro. salutare d̄i.

O ie. xxiiii. m̄ dec̄b. uiḡt n̄xtiuit̄ xpi. secū m̄ cap. iiii. Cum eēt desponsata mater eius. Usq. a peccatis eorum.

Prouestitate pluuiae. secū lūc cap. lxxxiii.

Factum est in unaditerum. Usq.

quia uenti & mare oboediunt ei.

Pro sterilitate pluuiae. secū m̄ cap. clx. Dixit ih̄c discipulis suis. Misereor
urbis. quia iam p̄seueras. Usq. & discipuli eius cum eo.

In cōmōtione gentiū. secū lūc cap. cl. Dixit ih̄c discipulis suis. Nolite solliciti
ēē dicentes q̄t manducetis. Usq. & hec omnia adicient uobis.

In m̄t papae. secū lūc cap. cclxx. Facta ē. contentio inter discipulos xp̄i.
Usq. iudicantes xii. tribus israhel.

In ordinatione p̄btorum. secū m̄ cap. cclxiii. Dixit ih̄c discipulis suis. Vigi
late. quia nescitis. Usq. om̄ia bona sua constituet eum.

Propter ageribus. secū m̄ cap. lxxxii. Dixit ih̄c discipulis suis. Euntes p̄a
dicite dicentes. Usq. in die iudicii quā illi ciuitati.

In ordinatione diaconorum. secū ioh̄ cap. ciiii. Dixit ih̄c discipulis suis. N̄ m̄
am dico uobis. nisi granū frum̄ti. Usq. honorificabit eum pater m̄s.

Pro ordinantibus ep̄is. secū m̄ cap. li. Circuibat ih̄c in circuitu docens.
Usq. & unguebant oleo multos egrotos. & sanabantur.

In alia secū lūc cap. lxxxvi. Conuocatis ih̄c xii. ap̄tissuis. Usq. euangeli
zantes & curantes ubique.

Prouelatione ancillarum d̄i. secū m̄ cap. ccxxi. Loquebatur ih̄c cū discipu
lissuis. Usq. pauci autem electi.

Ad uelandum martirā. secū ioh̄ cap. xxvii. Respondit iohannes & dixit. Non
potest hom̄ accipere q̄cquā. Usq. gaudiū meū impletum est.

Pro ordinantibus. secū ioh̄ cap. lxxxviii. Loquente ih̄c ad t̄bas multi crediderūt
in eum. Usq. opera abrahāe facite.

Admissam uotiuam. secū lūc cap. cxxv. Petite. & dabitur uobis. querite. & in
uenietis. Usq. dabit spm bonū. petentibus se.

Itē secū lūc cap. clxxx. Dixit iūc discipulis suis. Cum facis prandiu aut cenā.
Usq. beatus q̄ manducabit panem. in regno dī.

Pro salute uiuorū. secū m̄ cap. cxxxvi. Sedens iūc contra gazophilatiū.
Usq. omīa quaehabuit. misit totum uictum suum.

Imagenda mortuorum. secū ioh cap. xciii. Dixit matha ad iūm.
Usq. ego credidi quia tu es xp̄c filius dī. q̄ in hunc mundū uenisti.

Itē alia secū ioh cap. xxxviii. Dicebat iūc turb iudeorū. Sic enī pater
suscitat mortū. Usq. sed transiit de morte ad uitam.

Itē alia secū ioh cap. lvi. Dixit iūc turb iudeorū. Omne q̄ dat m̄ pater.
Usq. & resuscitabo ego eū. in nouissimo die.

Itē alia secū ioh cap. lxxv. Dixit iūc discipulis suis. & turb iudeorum.
Ego sum panis uiuus. q̄ de celo descendi. Usq. In nouissimo die.

Itē alia secū ioh cap. lxxii. Dixit iūc discipulis suis. N̄ m̄ a m̄ dico uob. q̄ credit
in me. habet uitā et̄nā. Usq. pro mundi uitā.

Itē alia secū ioh cap. cxxx. Dixit iūc discipulis suis. Siquis diligit me. sermo
nē meū seruabit. Usq. q̄ n̄ diligit me. sermōn meos n̄ seruat.

In seruitio primo. secū m̄ cap. cxcij. Tunc oblatis paruuli ad iūm. ut manus
eis inponeret. Usq. & habet thesaurū in celo. & ueni sequere me.

Contra iudices male facientes. secū lūc cap. ccxiiii. Dixit iūc d. iudex q̄dā erat
in q̄dā ciuitate. q̄ d̄m n̄ timebat. Usq. puta si uenit. fidem sup̄ terram.



in fine bant

aus


plaf

Herzog August Bibliothek
Wolfenbüttel



Gray Scale







Herzog August Bibliothek
Wolfenbüttel




Gray Scale









^{dolor quo uulnere cor}
 et tūc olim nec uulnus erat par
^{in paciebant roni felicitate paulo su peratit uebona dirperent}
 tūc florentibus & modo uicis
^{sculpturis psumptoris opam}
 tunc omis & iugens scabat acerui
^{lacerte moneulis uerit ehoenles ueceli purpurae}
 signis que mironis
^{spartana clamis conchilia coa}
 uuebat ebur nec non policta
^{artificu erat p astu fias insignis}
^{u sculptoris}
 labor pare sine mento remense
^{u pte ppa manuy}
 ella. atq; hinc antonius. inde
^{u d uerres. referrebant nauibus abis}
 uerres. referrebant nauibus abis
^{u uia. & plures de pace quiphos;}
 uia. & plures de pace quiphos;
^{u pauca uigabou. grex paritus equaru}
 pauca uigabou. grex paritus equaru
^{u amenti capto eripitur uello}
 amenti capto eripitur uello
^{u idelares. si quod spectabile signu}
 idelares. si quod spectabile signu
^{u radicula ds unicus & hec ennisunt}
 radicula ds unicus & hec ennisunt
^{u p sumis na maxima despiciatru}
 sumis na maxima despiciatru
^{u in belles ro dios. uncta q; corinthon}
 in belles ro dios. uncta q; corinthon
^{u plena. uer luxuriosa}
 plena. uer luxuriosa
^{u merito. quid res innata uuentus}
 merito. quid res innata uuentus
^{u uicius faciem abulena gentis.}
 uicius faciem abulena gentis.
^{u uitanda est hi spania gallicus axis}
 uitanda est hi spania gallicus axis
^{u atul parce messoribus illis}
 atul parce messoribus illis
^{u am urbem. circo sceneq; uacante}
 am urbem. circo sceneq; uacante
^{u aut in de feret tādire pma culpe}
 aut in de feret tādire pma culpe
^{u uel nup marius dis cinxerit afros.}
 uel nup marius dis cinxerit afros.
^{u uimprimis. ne magna iniuria fiat}
 uimprimis. ne magna iniuria fiat
^{u us tallas licet omne quod us quā est}
 us tallas licet omne quod us quā est
^{u atq; argenti gladiu scitūq; relinque}
 atq; argenti gladiu scitūq; relinque
^{u lax galea spoliatis ec arma sup sunt}
 lax galea spoliatis ec arma sup sunt
^{u odo p posui non est sententia uerū est}
 odo p posui non est sententia uerū est
^{u me uobis foliū recitare sibille;}
 me uobis foliū recitare sibille;

Vnebat lau est picture. tales inquit erant imagines ut
 uiuere putarentur.
 Depace. id est cum pax est. & ideo dicit occulta spacia quia
 non audebant aperte spolia auferre quia spolia dixerat
 dicit et triumphum quod uictis ostib; celebrari solet.
 Grex acipologicos dicit gregem equarum cum armentum
 debuit dicere nam grex captarum est uel potest et omni
 virgilius quinq; greges balantum illi quina redibant armata.
 Resinata uuentus id est resina puncta nam solebant molles
 resina puncta ut pilos corporis auferrent et plani essent. est
 enim unguenti quod pilos auferit et uocatur colurum.
 Hispania inquit et gallia non ita sunt fertiles sicut regiones
 supra dictae et ideo sunt fortiores his ergo partes.
 Africa amonaria est una istum ta romam aduehebantur
 nauigio & ideo a frigidis messoribus uocat.
 Premium romensium est qd est supplicio et premuneratione
 pontis.
 Marius prefectus fuit a frice quam cum expoliaisset dampna
 tus est qd est repetendas pecunias inquit modo pauperes sunt
 a frice spoliatu armario si ergo uolueris des dari fortiter tibi.
 Sibilla inquit apollinis dabat responsa et scribebat ea
 in foliis palmarum et ea ordinabat sed si forte uento disturbat
 rentur non curabat ea iterum ordinare.

...
 ...
 v vi vii viii
 d a d d d b h b l




Herzog August Bibliothek
Wolfenbüttel



Gray Scale





84.3.115a







